2. Hora diremo alcuna cosa delli forestieri, et incominciaremo dalli prigioni, nelli quali si fa assaj frutto per gratia dil Signor, per che tutti quelli che sono condennati alla galera, si confessano da vno de nostri Padri, al quale è datto questo carico, fra li quali sene troua molti che per molti et molti anni non si erano nè confessati nè comunicati: et detto P. li porta molte corone quale si comprano d'elimosine, acciò non stiano fra il giorno ociosi, ma atendino all'oratione, quale accetano molto voluntieri. Et il medesimo P. a confessato alcuni de 30 et 22 anni, et molti altrj se ne sono confessati da questo numero in giù, tanto in chiesa, como nelle pregioni, quali maj si erano confessati nè comunicati. Di tal sorta che in vna certa prigione, doue sogliono stare li puoueri, se accade meterni alcuno che intendano non essere confessato, lo sforzano a confessarsi, se vole famigliarmente habitar con esso loro, et non lo lasciano riposar fin che sia confessato: et a questo modo molti si confessano che non si confessauano altrimenti. Moltj altri ancora si sono confessati generalmente tanto nelle pregioni, quanto nella chiesa, che per il passato non si erano ben confessati, chi per malitia, altrj per vergogna haueuano lasciato alcuno graue peccato, prometendo confesarsi spesso et far meglio. Nella nostra chiesa si suole ogni domenica comunicare in circa 100 persone, et alcuni fra la settimana, et in quelli giorni che si publicò il giubileo, per tre settimane continue fu tanto il concorso delle confessioni, che alcuna volta si cominciaua per doj hore auanti giorno et si duraua per in sino alle tre hore de notte, che non restaua tempo de mangiar, nè dir officio, et si comunicorono in nostra chiesa in quelli giorni da 854 persone, et fra il giorno del Natal del Signor et la domenica sequente furono 556. Tutti li puoueri, quali pare che da tutti siano scacciati, ricorrono a noj et si ascoltano le lor confessioni con quella charità che il Signor s'è degnato concederci, consolando li tali a suportar pacientemente le miserie de questa uita: tal che gli ne sono alcuni tanto inferuorati, che non curano nè roba, nè altro, et li pare far gran male se per qualche occupatione lasciaseno la domenicha de confessarsi et comunicarsi. Alle prediche che qua si fanno, non uiene molta gente, per essergline molti altrj predicatori d'altre religioni de gran

nome: nientedimancho con quelli che vengono si fa non picolo frutto, sì dalli diuoti de casa, sì anchora da gl'altrj, tal che dobiamo dar laude al Signore che si degna mandar molti operarij alla sua mese.

3. Si reducono qua al nostro collegio ogni giorno de festa certi buoni huomini artegiani che sono stati raunati apoco apoco dalli nostri, alli quali habiamo asignata vna clase, li quali sono veri israelitici senza inganno [1], per che Idio è protector de puoueri. Sogliono, aiutati però da alcuno de nostri, spender tutti li giorni de festa in cantar laude et recitar l'officio della Madonna, sentir le prediche, comunicarsi ogni otto giorni et ogni quindeci fanno la disciplina con molta diuotione et lachryme.

4. Dirò anchora quel che acade li giorni passati a gloria dil Signor. Capitò qua in Fiorenza vn giouanetto siciliano, il quale da picolo fu menato dalli parenti lutherani in Geneua, asylo de heretici, et con molta diligentia lo instrusero in quella pestifera heresia, nel qual si verificaua quel detto d'Oratio («quo semel est [a] imbuta recens, seruabit odorem testa diu») [2], perchè staua molto pertinace; et accadendo parlarli vno de quelli homini che sogliono uenir al collegio nostro, il quale lo exhortaua sentir mesa spesso, et che si confessase, il che sogliono far spesso, parte con parole, parte con l'esempio buono [b]: al qual rispose il giouane esser ogni cosa vana, et messa et comunione et altrj sacramenti, et essendo riferitto questo al P. Rettor, procurò che li fussi menato, et con le orationi che si fecero per luj da tutti, et con le exhortationi, concorendo la gratia dil Signor, si restituj al gremio della S.ta madre chiesa con gran consolatione de tutti, et poi si confessò col detto P. Rettor de tutta la vita, et si comunicò, et in tal modo s'aiutò, che se hauesse potuto, saria uolentieri entrato nella Compagnia. Il Signor lo conseruj nella sua gratia.

5. Vna persona aeclesiastica de questa città per charità et amore che porta alla Compagnia, ci fece vna elimosina de 50 scudi et altre cose. Ci sono anche certe donne le quali tanto ci sono affecionate, come se ci hauesero partoriti, et ci amano in tal modo, che non hauendo lor' che dar', domandano elimosina

---

[a] est *add. supra vers.* — [b] *Obscure exar. in ms.: forsan voluit mutare in* suo.

---

[1] Cf. Ioann. I, 47.
[2] Horat. *Epist.* lib. I, ep. 2, vv. 69-70.

ad altrj per noj. La signora duchesa [1] anchora, la quale sustenta questo collegio dando ogni anno 200 scudi, intendiamo essersi molto più affetionata, non solo in sustentar questo et quel de Siena, ma anchora desidera farne vn altro a Pisa. Degnasi il Signor conseruarli quello che gl' ha operato con li ragionamenti fattoli dal R. P. N. G. il quale intendiamo hauer parlato a sua Ecc.[a] in Roma de cose utili per l'anima sua [2].

6. Vn certo giouanetto, nostro scolare, de 15, o, 16 anni, il quale ha bon principio de latino, a perseuerato quasi vn'anno in domandar' d'esser admeso nella Compagnia; ma per non demonstrare tanta età, non si pigliò così presto; et questo non lo desideraua solamente luj, ma anchora li proprii parenti, per che il patre suo ueniua spesse uolte a domandar quando si pigliarebbe. Finalmente poj si pigliò quasi al fin del anno con grande consolatione et alegreza delli parenti, et pochi giorni doppo che fu entrato questo nella Compagnia, vn'altro figliuolo [a] che gline restaua, passò al Signor; tutta uia si ralegrano che questo sia entrato, et lo exhortano alla perseueranza. Si admisse anchora doppo questo vn'altro giouan[e] napolitano di nobil casata, de 24 anni incirca, il quale era mastro de casa del signor Fabiani de Monte, nepote della felice memoria de papa Iulio III, dal quale era molto amato, et nelle cose agibili dimostra molta prudenza, et è de non mediocre ingegno, et ha bon principio de lettere latine. Se studiarà, si farà dotto, per quel che si può congetturare, et ha assaj bon talento de predicare, ornato de virtù. Hora si è mandato a Loretto. Per esser questo collegio alquanto stretto, non ci è comodità per li nouitij, ma mentre che è stato qua da noj, ci ha datto gran exempio d'obedientia, patientia, humilità et altre virtù. Ho uoluto scriuer questo acciochè ringratiamo il Signor che fa partorir simili figliuoli alla Compagnia. Degnasi la diuina bontà farla abondar ogni dì più de simili figliuoli.

7. Se insegna anchor' la dottrina christiana ogni domenicha et festa da vno de nostri all' hospital [b] de S.[to] Nicolò, nel quale si riceuano le fanciule abandonate che [c] andauano per la cità con pericolo dell'anime loro; alla quale sogliono andar' altre persone, et sene spera gran frutto a gloria del Signor. Vltima-

[a] figliuolo *add. in marg.* — [b] all' hospital *in marg.* — [c] che che *ms.*

[1] Eleonora de Toledo.

[2] Vide sis *Lainii Monum.*, V, 351; *Polanci Compl.*, I, 253.

mente s' insegna la dottrina christiana alli scolari nostri ogni giorno de sabato, et l'imparano alla mente con molto frutto loro, et li giorni passati la recitarono doj volte in nostra chiesa publicamente; la prima volta con tanta satisfatione delli audienti, che fu vn'altra volta desiderata. [*Preces postulat.*] Da Fiorenza alli 15 de Genaio 1561.

D. V. R. P. seruo et figliolo indignissimo in Jesu Christo.

Marco Pelatio [1].

Inscriptio: ✝ Al molto R. in X.º P. il P. M.ro Pietro Riba Denira [*sic*]. Prouincial de Toscana. A Genoua.

476

P. THOMAS RAGGIUS

NOLA 15 IANUARII 1561 [2].

1. *Socii numero quindecim. P. Christoph. Madrid collegium visitat, et quaedam utilia ordinat.* — **2.** *Studiorum innovatio sollemnius habita. Subsidia ad scholasticos iuvandos adhibita.* — **3.** *Contiones et catecheses.* — **4.** *Frequens accessus ad sacramenta curatur. Qui, invitante praesertim iubilaeo, notabilis exstitit.* — **5.** *Clericorum institutio.* — **6.** *Sacro-*

[1] In « Lista delli fratelli della Compagnia in Fiorenza » a dì 22 de luglio 1559 (cod. *Rom. 78 b*, n. 189) haec de epistulae auctore dicuntur: « M.º Marco Pelatia [*sic*] di Monferrato è stato nella Compagnia cinque anni et più d'un mese, ha prima insegnato alli putti odendo qualche uolta qualche lettione, et poi ha studiato un anno continuo senza far altro si non esser' infermario. È di età di 29, o, 30 anni. Ha assai buon ingegno et memoria, et buona inclinatione, et assai forze corporali, non senza le spirituali. Questo mi par' sarà atto a tutte le cose della Compagnia et a esser sacerdote et potria odir' come Oddo [*alius socius de quo prius loquutus est*] et di più ». De eodem alia habentur in nn. 192, 194 et in cod. *Inform. antiquae*, n. 105. In epistula P. Ioannis B. Peruschi data Florentiae die 29 Iulii 1564 (cod. *Informationes antiquae*, n. 110 bis) dicitur Marcus Pelatio esse ex oppido Casalferrato [*sic*]. Ex duobus locis potest intelligi illum fuisse ex urbe nunc dicta « Casale Monferrato ».

[2] Ex autogr., in codice *Neap. 193* (Neap. *Litt. Ann. 1557-1584*), 2 ff., 36, 37 (340. 341). Sequuntur duo alia exempla itala in ff. 38-42, et exemplum latinum in f. 43.

rum ordinum candidati a nostris, mandante episcopo, probantur. Morti proximis spirituale auxilium fertur. — **7.** *Socii civibus cari. Collegii praecipui benefactores.* — **8.** *Socii vinum emendicant.* — **9.** *Aedium ampliatio.*

1. ✝ Ihs. Molto Rev.do Padre. Pax Xpi. etc. [*Grato animo scribit.*] Qui adonque siamo in tutto quindeci: tre sacerdoti, doi maestri, che non sono sacerdoti, sei scolari, et quattro che attendono alle cose di casa. Tutti per l'Iddio gratia sanj. Hora per seguitare quelo ch'io haueua incominciato, hauemo (dico) chiaramente ueduto con quanta carità V. R. ci tenga riposti dentro del core, poichè, non hauendo lei, per le molte occupatione che tiene di maggiore importanza, potuto uisitarci personalmente, come hauemo inteso era il suo desiderio, l'ha fatto per altro, che è stato il R. P. D. Madrid [1], la cui presenza ne ha tutti rallegrati grandemente nel Signore, ma più la sua molta prudenza, mediante la quale assai cose si sono ridotte a migliore stato che prima non haueuano, non senza edificatione di tutti. S. R. si trattenne in questo collegio per otto giorni, parte de li quali spese intorno alle cose appartenente al bene spirituale di tutti, parte in ordinare alcune altre cose, che giudicò importare alla salute corporale, pur per seruitio diuino. In utilità de le anime nostre prima ordinò che ognuno si confessasse generalmente a esso, come si fece, cominciando dalla confessione generale che ultimamente si era fatta, secondo l'instituto de la Compagnia. Appresso con alcuni ragionamenti, tanto publichi quanto priuati, ci essortò a caminare nella nostra uocatione con quello spirito con che siamo tenuti di caminare. Et poco dapoi la sua partita si rinouorno li uoti. De le cose ordinate circa la salute corporale ne parlerò al fine, seguitando per hora a dir di quello che si appartiene allo spirito. Vno de li Padri ogni otto giornj, come suole accostumarsi nella Compagnia nostra, fa una essortatione dirizzata ad animarci et eccitarcj a procedere tuttauia con maggiore feruore et desiderio di patire alcuna cosa per amore di coluj, che per noi uolse humiliarsi sino alla morte de la croce; et così in tutti si uede eccitato tale desiderio, essendochè hor l'uno, hor l'altro instantemente addimanda penitenze di discipline o d'altre mortificationj, benchè non sempre gli è conceduto quel che addimandano per santi et giusti rispetti, indirizzati sempre a maggiore seruitio

[1] P. Christophorus Madrid.

diuino. Poichè adonque tutti hanno li medesimi desiderij et feruori, si può facilmente conoscere quanto amore si portino l'un l'altro nel Signore, et conseguentemente con che allegrezza piglino le fatiche imposteli per il diuino seruitio, poichè l'unione degli animj in carità fa che non si senta la fatica, solleuandosi il peso per la participatione de li meriti.

2. Nelli studij parimente con l'agiuto del Signore si procede assai bene: et non solamente da li nostri, ma ancho da li forastjeri che qua uengono ad imparare, et massimamente dopo la rinouatione, hauendo tutti pigliato nuouo desiderio di fare profitto, agiutati etiandio con alcuni modi di procedere circa di ciò, come poi si dirà. Darò adonque mo' ragguaglio a V. R. di quello che si è fatto nel rinouare li studij in questo collegio. Prima si accommodò la scola nella quale ciò si doueua fare, con alcuni ornamenti. Poi uenuti all'hora determinata si cominciò con un poco di prologo latino ad captandam attentionem, quale recitò uno scolaro uestito conuenientemente. Appresso uenne l'oratione latina in lode de la sapienza, quale fo recitata da uno de li nostri con assai buona attione et gratia, stando in una sedia eminente. Finita questa, uscirono doi altri scolari forastieri sopra di un palco, fatto a foggia di scena affinchè meglio potessero essere sentiti, uestiti ciascheduno secondo richiedeua la persona che rappresentaua; et in tal modo per un buon pezzo ragionorno con attentione et delettatione di tutti li circonstanti. Finito il dialogo (quale era de contemnendo honore) uscì sopra del medesimo luogo un'altro scolaro, pur uestito come fu giudicato conuenire alla sua persona, il quale con un poco di ragionamento faceto, diede licenza agli auditori, che si partirno molto ben sodisfatti. Tutto sia a gloria del Signore, a cui solo si serue. Il giorno a uenire, essendo prima essaminati li scolari, si diede principio alle nuoue lettionj. Li maestri sono tre: l'uno insegna li primi rudimenti de la grammatica; il secondo legge alcune lettionj et precetti de la medesima arte; il terzo l'humanità et greco, sì come più chiaramente V. P. R. potrà uedere per il catalogo che con questa si manda [1]. L'agiuto che si è dato alli scolari (come di sopra ho detto) affinchè faccino maggiore profitto nelle lettere, è stato che in ciascuna classe si è attaccato l'ordine che in quella si ha da tenere nelle cose che iui si fanno, et ancho a ciascuno particolarmente si è monstrato quello che ha da fare circa di

[1] Hunc catalogum invenire non potuimus.

ciò in casa sua. Oltra di questo si è posta in commune una carta che contiene quello che tutti in commune sono tenuti di osseruare, tanto nelle cose appartenente alle lettere, come in quelle che spettano alla salute de l'anime loro. Et questo basti de le scuole, passando alle cose che si sono fatte nella chiesa nostra et fuori per edificare il prossimo et agiutarlo in ispirito.

3. Le prediche in giorno di festa mai si sono intermesse. La lettione de la dottrina cristiana, che si faceua la domenica dopo il uespero, si è di nuouo ripigliata, essendosi tralasciata quasi per doi mesi, nelli quali questo popolo sta occupatissimo nelle uendemie. Et fra gli altri che uengono in quell'hora alla nostra chiesa è uno il vicario di Monsignore di Nola: et mena seco molti altri preti.

4. Quegli che si confessano et communicano ogni otto giorni, uanno con l'accrescimento de le uirtù dimostrando alla giornata quanto sia necessaria per la salute de l'anima questa santa e molto lodeuole consuetudine. Alcuno di questi ha fatta confessione generale di tutta la uita sua con non poca consolatione spirituale. Quelli poi che sono uenuti a confessarsi et communicarsi nelli giorni di feste principali, come è stata la natiuità della Madonna et Ognisanti, sono stati assai, et il medesimo saria stato nella natiuità del Signore, se con l'occasione del giubileo (quale fu publicato da uno delli nostri nel domo), la domenica auanti non l'hauessero fatto. Et ueramente pareua che quello fosse il giorno di Pasqua: tanto era il concorso della gente alla chiesa; la strettezza de la quale faceua che molti, quali altrimenti si sarebbono iui communicati, si partissero, et andassero ad altre chiese, come anchora il poco numero de li sacerdoti che qui sono, fece che molti uenuti per confessarsi alli nostri, si partissero senza essere di ciò consolati.

5. Li XII diaconi (che così chiamano certi giouani scielti da Mons.re R.mo [1], figliuoli di buoni padri, et li fa insegnare lettere et buoni costumj, affinchè poi ne sia seruita la chiesa maggiore) uanno tuttauia perseuerando in confessarsi ogni otto giornj, non senza frutto de l'anime loro.

6. Hauendo Mons.re già detto hauuto sentore di un non so che graue delitto in uno monasterio di monache sottoposte alla sua giurisdittione, et uolendone far la debita inquisitione, et etiandio correggere, se ui fosse stato il bisogno, senza scandalo.

---

[1] Antonius Scarampo.

S. S. non uolse con esso seco altrj che uno de li nostri; et così la cosa con l'agiuto del Signore hebbe assai buon successo. L'ordine parimente che il predetto Mons.re già fece che quelli quali uogliono pigliare ordini sacri, uengano ad essaminarsi al nostro collegio, non si preterisse. Molte uolte anchora è accaduto in questi quattro mesi che li nostri sono stati chiamati ad udire confessionj di ammalati, tanto di giorno, quanto di notte, sì nella città come difuori, a' quali mai si è mancato in nissun tempo. Et oltra l'udire le confessioni, si sono ancho agiutati a ben morire quelli, che il Signore ha uoluti chiamare a se. Come a accaduto a una gentildonna moglie ad uno de li primi di questa terra et nostro benefattore, la cui felice morte ha edificata tutta questa città; imperochè fra l'altre cose nelle quali essa ha mostrata molta uirtù, è stata una questa: che se bene lei haueua intorno di sè il marito con molti figliuoli et figliuole, fratelli et altri parenti, nondimeno mostraua di curarsi tanto di douergli lasciare presto tutti, quanto se mai gli auesse ueduti o conosciuti; ma attenta solo alle cose di Dio, di che li ueneua parlato da uno de li nostri, quando ui si trouaua, daua segno manifesto di desiderare di partirsi di questa uita per andarsene alla migliore. Questa era una di quelle che frequentauano li santi sacramenti assai spesso nella chiesa nostra.

7. Quanto all'opinione che questo popolo ha de la Compagnia, è tale, che non potiamo dire fermamente che nissuno le porti odio: anzi più presto tutti mostrano di amarla, et particolarmente la signora contessa fondatrice [1], anzi madre amoreuolissima di questo collegio, come con continoui effetti lo dimostra. La signora donna Caterina, sua sorella, quale essendo uenuta qua alli giorni passati, molte uolte uolse confessarsi, communicarsi et udire la parola di Dio nella chiesa nostra. Questa medesima signora similmente, in segno de la diuotione che tiene alla Compagnia, ha fatto a questo collegio una buona limosina, parte de la quale già si è hauuta, et parte presto se n'aspetta. Il signore regente Albertino [2] (questo è uno delli quattro collaterali del vicerè) parimente ci si mostra molto affettionato, nè mai uiene qua di Napoli, che non ci uisiti perso-

[1] Maria Sanseverino.

[2] Hic fuisse videtur Hieronymus Albertinus, nolanus, qui anno 1545 a Paulo III avellin. episcopus creatus, post tres annos, non consecratus, libere nuncium episcopatui remisit. Cf. UGHELLI: *Italia sacra*, VIII, 201; REMONDINI: *Della nolana ecclesiastica storia*, III, 214-215.

nalmente et con molte et uarie limosine. Vn'altra signora napolitana, contessa di S. Valentino, quale mo' sta ad un suo castello qui presso, mostra molta deuotione uerso quelli de la Compagnia: et però molte uolte è accaduto in questo tempo che habbia mandato a chiamare alcuno di questo collegio per udire confessionj, tanto di lei, quanto di tutta la sua fameglia. Nè lascierò di parlare de la beneuolenza del gouernatore di questa città, et finalmente di tutti li nobili, a gloria sempre di Cristo nostro Sig.re al quale piace di fare tutto questo.

8. Per la quadrimestre prossima passata potrà hauere inteso V. R. P. de la limosina del grano che li nostri cercorno [1]: per la presente intenderà che si è cercata anchora quella del uino, nè con manco frutto de la prima: perchè li nostri hebbero molta occasione di essercitare la patienza, per la molta libertà che hanno in questo paese li uendemmiatori di dire parole ingiuriose, massimamente contra li religiosi: et anchora perchè il S.re con questo mezo ha proueduto abondantemente il collegio di uino per uso suo.

9. Resta finalmente ch'io dica alcuna cosa de la fabrica, quale per ordine dell'ubidienza si principiò auanti la partita del R.do P. commissario, et Dio sa con quanto poca prouisione di danarj. Tuttauia, sì come il Signore l'haueua ordinata per tale mezo, così essi degnata S. diuina M.tà condurla al fine con molta edificatione di tutti quelli che mo' uisitano alcune uolte questo luogo, et a maggiore commodità del collegio. [*Preces postulat et valedicit.*] Di Nola li XV di Gennaro MDLXI.

Per commissione del R. P. Rettore [2].

Di V. P. R. seruo indegno

THOMASO RAGGIO [3].

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.*, VI. 789.

[2] P. Ioannes de Montoya.

[3] Vide *Litt. Quadrim.*, VI, 619.

477

P. PETRUS MARTINEZ

LUCRONIO 16 IANUARII 1561 [1].

Difficultatibus, quae in fundationis primordiis evenerant, superatis, laeti iam primi laborum fructus arrident, tum in urbe, tum in vicinis pagis, ad quos socii identidem excurrunt.

┼ Muy Rdo. en X.º P.ᵉ nro. La paz y amor de Jhesús sea siempre con V. P. El poco exercitio que fasta aquj a auido en este collegio, a causado el silentio que abrá allá auido de él en estos dias; y esto por el pequeño número de los Padres y hermanos que a auido fasta aquí, allende de las ocupaciones de el edificio y deudas que de él resultaron, que an sido muy prolixas y embaraçosas, aunque ya por la gracia de nuestro S.ᵒʳ ay más paz. Porque el edificio a ya cessado, y está la casa quasi puesta en perfectión, y quasi todas las deudas y quentas están ya rematadas. Comiença la gente de la cibdad a entrar en calor y afitionarse a los exercitios de la Compañía, que fasta aquí auía auido grande tibieza, aunque maior la necessidad. No han faltado fasta agora emulationes y contradictiones tácitas por la poca noticia de la intentión y zelo que nuestro S.ᵒʳ a puesto en estos ministros suyos; mas después que por la gracia de nuestro S.ᵒʳ la práctica y experiencia a mostrado ser sin fundamento las opiniones contrarias, toda la azedia pasada paresce conuertir nuestro S.ᵒʳ en fuerça de afición. Muéstrase aficionada y fauorescedora quasi toda la gente de más qualidad, y espérase en el Señor que se ha de coger buen fructo, viniendo el número de los operarios que se dessea; pues aun abiendo solos dos, son tan buenas las primicias en la frequentia de las confessiones. Tiénese también cuidado de ir a visitar a sus tiempos el pueblo de Soto, que tenemos anexo por cierta donatión de su hazienda que hizo vn Padre cura de él, que aun viue. Rescíbese grande

---

[1] Ex autogr. in cod. *Hisp. 98*, ff. 47, 48; prius 286. Desideratur in epistula annus, quo scripta est. In fol. 48v coaeva manus scripsit: 1561. Lucronense collegium ineunte anno 1559 coeptum est condi. Cf. *S. Franc. Borgia*, III, 429-430, 458-459; *Lainii Monum.*, IV, 333. Hucusque tamen nullam epistulam quadrim. ex hoc collegio datam invenimus.

consolatión con nuestra visita, y también otros pueblos comarcanos a donde salimos a tiempos a predicar a instantia suya; y rescebiríanla más encarescida, si fuesen más ordinarias las salidas. Nuestro S.or cuyo es el probeer y guiar este negocio, embíe los que son menester para salud de los suyos, y en todos fortalezca su zelo rescebido dando a su voz, voz de virtud [1]. De Logroño 16 de Enero. El hermano Juan Domínico [2], que es el portador de la presente, podrá dar a V. P. más extensa relatión de la orden y dispositión de la casa, que también por otra se a ya dado.

Indigno hijo y mínimo de V. P.

MAESTRO MARTINEZ [3].

478

P. AMBROSIUS PIREZ

OLISIPONE 16 IANUARII 1561 [4].

1. *De sociorum numero et valetudine. De PP. Serrani et Sousa professione, deque humilibus exercitiis quibus se ad eam paraverunt, tum eleemosynas ostiatim petendo, tum fidei rudimenta pueros docendo.* — **2-4.** *Ludovici Segurado, Gasparis Afonseca, et alius tironis mors et elogium.* — **5.** *Fratrum humilia exercitia.* — **6-7.** *Principum et urbis magistratuum erga socios benevolentia.* — **8.** *Civium concursus ad contiones et sacramenta. Varia erga proximos ministeria.* — **9-12.** *Missio in urbem Brigantium. Collegii divi Antonii status. Scholasticorum mores. Quanti hoc collegium a prin-*

---

[1] Cf. Ps. LXVII, 34.

[2] Frater hic peregrinabatur per id tempus in Hispania. Cf. *S. Franc. Borgia*, I. c. 645. Superius, p. 54.

[3] P. Petrus Martínez ex oppido Rivafrecha, collegii rector. Cf. *Polanc. Chron.*, V, 513. annot. 4. Obiit anno 1564, dum pestifera lue infestis inservit. Cf. *Lainii Monum.*, VIII, 203, 248.

[4] Ex origin. in cod. *Lus. 51*, ff. 210-212; prius 74-76. In annotationibus indicavimus praecipua errata auctoris aut scribae; alia facile corriget prudens lector. In aliquibus clausulis sensus imperfectus remanet, licet facile subintelligi possit.

cipibus et magnatibus fiat. — **13.** *De Ioanne ceylanensis reguli filio.* — **14.** *Sollemnis studiorum instauratio.* — **15.** *Antoniani collegii fratrum humilia exercitia.*

1. ✠ Ihus. Admodum Reuerende in X.º Pater, etc. Pax Christi. Faciam te his literis certiorem. Reuerende Pater, tum de ijs, quae hoc proximo quadrimestri per huius domus operarios acta sunt, fauente Spiritus Sancti gratia, tum de ualetudine eorumdem a mense septembrj quo ad te proximae datae sunt, usque modo. Omnes qui in hac diui Rochj domo agimus, tum sacerdotes numero 17, tum qui sacris initiatj non sunt 30, mediocriter ualent: mediocriter, inquam, quia nullus est, sacerdotum maxime, qui propter imbecillitatem sustinere tantum onus possit: qui, licet lecto non detineantur, tamen premuntur pondere occupationum, et nisi pharmachum harum exercitationum Christus Opt. Max. deliuisset et mitigasset suauitate sui amoris, non dubium, quin undique succumberetur oneri. Sunt enim per multa in hac ciuitate quae in nostris firmiorem ualetudinem uiresque requirant, quibus non poterit satisfieri, nisi qui id conantur, cum Dei gratia, tum ualitudine fuerint robustj. Vota nuncuparunt in nostra ecclesia praeteritis diebus doctor Georgius Serranus, quj theologiam in eborensj academia profitetur, et Michael de Sousa, cui commissa regenda collegia duo conimbricensia [1], quibus incredibiliter satisfacit. Hj ostiatim eleemosinam per totam urbem mendicantes quaesiuerunt, qua in re non mediocrem fructum et sibi et uniuerso generi hominum qui in hac urbe sunt, collegerunt. Cum enim propter nobilitatem et consaguinitatem quibus multos attingebant, noti essent, tum notiores et nobiliores se in opere uirtutis exhibuerunt: neque etiam sine fructu mediocri rerum [a] necessariarum tantum perfecerunt exercitium. Alter enim, Michael scilicet de Sousa, nec regem nec reginam nec principes, nec alios huius regni proceres praetermisit, quin adiret, qui in ea urbis parte essent, quae illi sorte obtigit. Datae sunt eleemosinae non paucae nec paruae, nec sine paruo dantium fructu, et spirituali profectu et consolatione. Per id tempus quo hic commoratj sunt, se exercuerunt in pueris doctrina christiana erudiendis, quorum magna multitudo conueuit in porticum, quae in platea publica e

[a] *Delet.* fortunarum.

[1] Hi duo PP. sollemnem professionem emiserunt die 15 Septembris anni 1560.

regione nostri templi est, eeleemosinarum petendarum gratia, cum quibus multi etiam aetate prouectj simul erudiuntur, qui etiam ea de causa ad nos ueniunt: nec dedignantur multi, qui eo tempore nostrum templum frequentant, cum audire, tum discere, quae non nouerunt praecepta seruare: quae res in huius urbis hominibus magnam gignit admirationem et mentem addit, ut laudent et magnificent Deum, qui fecit haec omnia. Hoc munus exequitur modo Pater Antonius Correa, professus, qui etiam eleemosinam ad corporalem refectionem postquam spiritualem tribuit, impertit, prius recitatis aliquot orationibus coram sanctissima eucharistia, quod non mediocrem audientibus consolationem parit.

2. Fuerunt nonnulli apud nos Patres, qui Conimbrica et Ebora ualitudinis causa in haec loca uenerant: est enim haec ciuitas non concreto et crasso coelo, sed temperato et tenui, et ob eam causam salubris. Accedunt etiam medici non ignobiles, pharmachorum copia et optima, quae non parua sunt adiumenta ad salutem. Data est opera ut curarentur, adhibitis remedijs et diligentia, non cum minori charitate fratruum. Dei beneficio pristinae sunt restitutj sanitatj: licet charissimum fratrem nostrum Seguratum [1] diuina bonitas dignata sit securum reddere ab huius uitae periculis, et in regnum suum, ut eius summa misericordia semper pollicetur, ab hac concretione mortalis corporis euocare. Venerat hic frater Ebora, ubi natus et educatus, propter sanguinis, quem nonunquam ore euomebat, grauem molestiam; factum est periculum de eius ualitudine, adhibita remedia necessaria, locus commodus quaesitus ad id; missus enim est in antonianum collegium, quod commodior ille locus existimaretur propter hortum et scholasticorum frequentiam, quorum erat studiosus, datumque tempus et opportunitas curationi; praeualuit tamen uis morbi, et sic eum debilitauit, ut intra paucos dies non homo, sed hominis simulachrum appareret: exedit enim mollis illa flamma febris continuae debile corpusculum, et tandem accessit mors, quae illum nobis eripuit. Ita puer aetate 18 annorum, bona indole, aegregia facie, nobili ingenio, rara facilitate, nulli eius aetatis secundus in uersuum

---

[1] In catalogo collegii olisiponensis anni 1565, ad calcem, notatur: « Luis Segurado pareçe que faleçeo no fin do anno de 1560 ». Post nomen alia manus addidit supra versum: « natural Deuora entrou a 13 de Maio de 555 ». (Cod. *Lus. 43*, f. 254). Desideratur tamen eius nomen in catalogo eorum qui Eborae in Societatem ingressi sunt. (Ibid. f. 332).

compositione. nobilis moribus, nobilior uita et multo in morte nobilior se ipso nobilissimo ab hac uita discessit, et cuj nullus [*sic*] propter aegregios mores inuidebat mundi fortuna, praeuidit quidem, et quasi ex specula aduentantem mortem, Dei omnipotentis nuntium, prospexit; et [cum] [a] iam esset in extremis, appropinquassetque iam [b] illud tempus, quod ipse Dej beneficio nouisset (praedixit namque quo die esset moriturus), petiuit ut sanctorum imaginibus et Christi Opt. Max. eiusque Uirginis Matris, cui erat ualde addictus, circundaretur: ut oculos illorum depictis imaginibus pasceret, quorum uitas et exempla esset imitatus, dum potuit: quorumque labores, dum ualuit, esset contemplatus, tunc oculis contemplaretur imagines; quibusque in coelo concupisset frui, et speraret se fruiturum, eorundem in terra, dum uiueret, frueretur conspectu, quo posset.

3. Duos alios, utrumque nouicium, Deus Opt. Max ad se uocare dignatus est, alterum nomine Afonsecam [1], qui licet in tempore nouicius, in uirtute exercitatus; et licet tyro in exercitu, ueteranus in ferendis huius militiae telis; in hoc enim maxime, ut olim Christi martyres, se exercebat hic nouicius miles, et in hac solum tolerantia existimabat se de hostibus uictoriam reportaturum. Huic cum aposthema, ut cancer, in dextro latere emersisset, apertumque esset iam saepe ferro, inualesceretque malum in dies, nunciatum est aduentare mortem, pararet se, nil cogitaret amplius, spes omnes locaret in Deo: laetaretur, quod esset cito cum angelorum coetu futurus. Ita est laetatus hoc nuntio, sic reuixit ad haec uerba, ut reuiuisceret, cui nunciaretur contrarium. In omnibus suis cruciatibus hoc habuit solatij, ut nulla remedia postulauerit, auxilium nullum inuocauerit, praeter uulnera Christi crucifixi; his delectabatur, haec uolutabat, his deliniebat dolores, ad haec orationem conuertebat, implorans gratiam ut dolores patienter ferret, quos singulos mortes uocabat: a Christo auxilium petebat: suos cum Christj doloribus dolores conferens, minora estimans supplicia quae pateretur, quam quae mereretur: haec eo uultu et animi submissione, eo modo, ut nihil uideretur sentire, cum re uera hominj cuiuis exercitatissimo dolores pateretur durissimos: mirabantur medici, stupebant chirurgi, fratres exemplum sibi proponebant patientiae imitandum: praedicabant medici et chirurgi haec fo-

---

a *Videtur hoc v. ad sensum perficiendum necessarium.* — b iam *supra versum.*

---

1 Gaspar de Afonseca. (Ibid. f. 27v).

ris exteriora, sed nunc merito possent interiora. In obedientia clarus, tum praefecto ualetudinarij, tum reliquis, quibus data esset cura domus; in mansuetudine insignis, in submissione animj prae caeteris excellens. Erat hic filius unicus patris sui, nobilis uiri ex equestri ordine; obijt diem anno aetatis suae 17, et, ut speramus, cum Christo uiuit. Praemebatur interim fastidio ita ut aegre posset quid accipere; uerum iussus nihil non faciebat, ita ut existimaretur magno cum appetitu nonunquam commedere, cum ipse suam naturam tentaret uincere. Intellexerat hic quendam Patrem desiderare adesse, cum ille pranderet, ut leuaret aliquo modo fastidio, et cogeret ea, quae apponerentur, sumere. Quoties non aderat, petebat ut uocaretur, ut contra suam uoluntatem cogeretur comedere. Accidit ut quidam frater ei aliquando dederit aqua plenum poculum absque Patris copia; quod cum exhausisset, rogauit utrum sibi ex Patris uoluntate exhibitum esset poculum: cumque rescisset fratrem nullo admonito dedisse, respondit, sibi id graue fuisse, quod bibisset, petere se et rogare ne iterum absque facultate exhiberetur, iis uerbis, ut facile posset intelligi et cognosci mansuetudo et puri animi uera obedientia. Quoties, si quando rogabatur qui ualeret, non respondisse compertum est quicquam, quam: bene, laus Deo. Ex his licet conijcere quantus esset futurus, nisi prius morte praereptus ab incepto cursu destitisset.

4. Alter qui fuit ultimus, de quo supra cum de duobus mentionem fecj, ex sacrario Deus uocauit templi in terra constitutj, ad sacrarium coelestis. Cum esset edituuij socius diligens et assiduus, confessionumque mirum in modum studiosus, ad quas audiendas sacerdotes uocabat eo animi ardore, ut nusquam relinqueret, quin prius pollicerentur, licet extra tempus, se ituros; sic nullus absque criminum expiatione discedebat. Dum his detinetur exercitijs, morbo corripitur ita, ut nunquam somno posset satiari; sic eum affecit pestis illa (sic enim uocant nostri morbum illum quasj pestis principium, aut reliquias), ut intra paucos dies consumptus corpore, cum esset robustus, ex Societate hac Iesu nomine uocata in terris, ad societatem coelestem fuerit translatus, cum paucis ante diebus esset admissus. His omnibus remedia omnia exquisita sunt pro re nostra, quibus aut liberari aut leuarj aliquo modo morbo possent; nec defuerunt animae etiam sua remedia, quae, quanto est praestantior, eo diligentius in eius remedijs et pharmacis laborabatur, tum interim dum in terris uixerunt, tum postquam ab hac concretione mortali soluti corporis uinculis euolarunt. Erant hi de-

biles, et fortes facti sunt in bello a Domino; aegroti, et sani facti sunt; erant subiecti, et liberi facti sunt; et tanto liberiores, quo magis se subijecerunt pro Deo. Nunc experiuntur quid sit, qui se humiliat, exaltabitur; nunc intelligunt, quam beatj sint pauperes spiritu, quando illorum est regnum coelorum, quo modo fruuntur. Nunc non quasi in specie aut aenigmate aspiciunt quanta sit gloria, quantum pondus, honor et diuitiae obedientiae; nunc perspiciunt, quid sit obedire et non sacrificare. Benedictum sit nomen tuum, Domine, qui praeuenistj eos in benedictione dulcedinis tuae, qui laborauerunt pro nomine tuo. Quid, Domine, prius quam perficiant opus suum operarij, soluis mercedem? Existimarant hj, Domine, multum adhuc superesse sibi temporis, quo in uinea tua laborarent; quid, Domine, in meridie iuuentutis eorum uocasti eos, ut solueres? Nunquid, Domine, quod animo deciderent in laboribus? Nunquid quod abundares operarijs? Nunquid quod essent graues suis fratribus? Quid, ergo, Domine? Quia consumatj in breui expleruntt tempora multa; placitae enim erant mihi animae illorum [1].

5. Exercentur fratres nouicij, ut reliqui omnes, in obedientia, submissione animj, oratione, poenitentijs, ut cum nostris loquar, mortificationibus, tum in disciplinis publicis in coenatione, tum particularibus; conceduntur nonunquam, nonunquam etiam ita petuntur, ut saepe necessarium sit ministro effugere et latebras, ne inueniatur, exquirere; tum aliae propter regularum obseruationes tribuuntur, in quo non mediocres fructus aperte uidentur. Nonnulli comitantur obsonatorem, ut obsonia domum referant ipsi; sic exercentur, ut in dies fiant fortiores; plerique enim sunt ex hac urbe oriundi, noti [a] parentibus, fratribus, consanguineis et amicis; vnde et sibi animi libertatem consecuntur, et reliquis quibus noti admirationem et occasionem Deo gratias agendi praebent; et in huiusmodi exercitijs mirum est quam liberaliter Deus Opt. Max. gratiam suam infundat; proponunt sibi labores, ignominias, confusiones pro Christi amore; petunt sibi concedi facultatem propositj perficiendi; nonnulli perigrinatum missi sunt, quorum successus longum esset narrare.

6. Exercentur sacerdotes huius domus diuersis in rebus, non tamen diuersis ab ijs quas solet amplecti nostra Societas. Est

a nati *ms.*

[1] Gratum nos lectori facturos putavimus, si a notandis tot Sacrae Scripturae locis ad quos in praecedentibus fit allusio, abstineremus.

enim hic magna messis; et licet operarii 30 essent, non facile posset satisfierj, cum nobilibus, tum plebeis, tum domesticis. Regia pene tota familia nostris confitetur; expiant etiam crimina cum nostris principis utriusque etiam familia, et nonnullorum nobilium uniuersae domus. Omnes in hac urbe sibi quasi speculum Societatis nostrae operarios sibi proponunt imitandos, et sese nobis saepe offerunt; unde intelligere est non paruos fructus ex animis hominum huius urbis, licet in multis iam colligantur, colligendos. Cum enim ex littore essent diebus praeteritis curribus deportandi lapides ad templi constructionem, quorum numerus esset magnus, ingens magnitudo, maiores sumptus, si essent afferendi a bajulis, quod nostra domus longe distet ab ora maritima; petitum est a magistratibus, ut liceret per urbem curribus a fluminis ripa usque in nostram domum deferri; cumque difficile esset propter cloacas subterraneas, quibus pluuiales aquae liquantur in mare, quodque essent iam saepe labefactatae, et tunc essent refectae a quodam qui pollicitus fuisset earum incorruptum usum per decem annos; explicantes quantum Societati deberetur ab uniuersa ciuitate, magna cum amoris erga nos significatione, receptis Patribus, qui id petiuerant, humaniter concesserunt; cum antea conuenissent omnes, ut nullo modo id concederetur cuique, neque liceret currum per eam partem urbis ducere. Mirabilius quod dicam erit adhuc; quod cum persuaderentur a nostris ut concederent hoc, quidam perfusus lacrymis, assurgens respondit, merito debere nobis concedi hoc, et multo maiora alia, si peterentur, licet ea, quae peterent, ita essent difficilia, ut facilius esset concedendum [*sic*] a magistratibus magna pars sumptus, quo deportarentur. Mirari se et confundi quam praesto essent nostri ut subuenirent, qua hora essent uocati, necessitatibus spiritualibus, quarum est magna copia in hac urbe, non modo nobilibus, sed etiam libentius infimis, tam diligenter sibi, quam suo seruo et famulo, ob quae debere nobis jure optimo concedi omnia quae peterentur; seque reliquos admonuisse paucis ante diebus, ut quaedam, quae ab antoniano collegio petebantur, concederentur. Volui haec, Pater, narrare, quod non mediocriter sim animatus his sermonibus, quodque etiam uiderim et expertus sim non parum nobis esse deditos, a quibus haec uniuersa respublica gubernatur.

7. Quam faciles nobis habeamus principes non facile literis poterit mandari, praesertim cum opera eorum, quo minus ex-

plicentur, prohibeant. Regina [1] enim exercetur in texendis aureis telis et similibus operibus, ut postea in nostri templi sacrario Deo dicet. Princeps domina Elisabeth [2], ejus affinis, magna cum contentione petijt a praefecto templi nostri, qui filias ejusdem audit de peccatis confitentes, et famulas, ut concederet sibi et filijs hanc facultatem, quando a Summo Pontifice munere hoc consecutae essent, ut possent lauare corporalia, quae nos uocamus, in quibus Sanctissimum Christi corpus dum res sacra fit, deponitur: petere se ut mitteret aut deferret, ut illae, munere concesso, in rebus nostris possent fungi. Et cum semel male haberet, quod dum lauasset, diu in aqua manus detinuisset, rogauit filias et famulas ne Patri munciarent, ne priuaretur illo exercitio. Verum quae est natura virtutis, ut semper occultata appareat, intellectum est. Nonnulli etiam nobis ualde addicti, ornamenta quibus altaria cooperirentur tribuerunt. Rex uero Sebastianus in die festo circumcisionis Domini ad nos uenit, cum quo multi uiri primarij, ut mos est, qui cum ingressi essent cum rege sacrarium in quo praesepe fratres statuissent, ut Dominus pauper se cum illis communicaret, et in quo fratres uota renouassent eodem festo, mirati et stupentes Deo laudes supplices deferebant.

8. Fit magnus concursus ad doctrinas, conciones, confessiones, maiorque factus esset, ni impediti templi angustia prohiberemur. Verum posthac, Dei subueniente auxilio, utemur nouo templo et uetere simul, donec perficiatur quod inceptum est. Cum enim necessarium esset ut rumperentur parietes ueteres, ut nouum templum perficeretur, constitutum est ut tergeretur interim, fierentque duo altaria in ueteri templo, ut sic capacior locus remaneret; sunt omnia jam facta; cito, uolente Deo, mutabuntur in nouum necessaria, et ita facilius qui uenerint, locum habebunt, ob commoditatem et temporis et loci. Hoc festo Natiuitatis communicarunt apud nos 1200, ut uidere est ex numero formularum. Eunt nonnulli ad carcerem publicum causa audiendarum confessionum, nonnunquam ut consolentur et addant animos ijs, qui suspendio, aut alio genere mortis, necandi sunt. Frequentantur nonnunquam etiam, quando uocantur Patres ab jnquisitoribus, carceres et domus [a] eorum qui causa infide-

a domos *ms.*

[1] Catharina Austriaca, Ioannis III vidua.
[2] Cf. *Litt. Quadrim.*, VI, 119, annot. 2.

litatis [a] aut haeresis detenti sunt. Reconciliantur homines, qui, fracto necessitudinis jure, amicitiam uiolarunt. Eunt nonnulli ex nostris in proxima municipia et colonias, et trans fretum, ut ibi uerbum Dei nuntiantes fructum praedicationis percipiant. Multa sunt alia in quibus peculiariter Deo Omnipotenti seruitur, de quibus non est scribendi locus.

9. Profecti sunt diebus praeteritis Pr. Dominicus Cardosus et Pater Lionelus de Lima Brigantiam cum alio fratre, qui non paruum pro Christo subeunt onus, in quo magnum etiam Deo fructum colligunt. Verum de his cum ijs, quae de prouintia angolensi et brasiliensi, de quibus multa nunciata fauste sunt, existimaui alius esse muneris; quare in praesentiarum nullam de his mentionem faciam; sed cum iam iam his literis imponendus esse finis [*sic*] arbitratus sum, admonitus decere non nihil de his, que in diui Antonij collegio acta essent, breuiter te admonere. cuius operarij, Dei munere, magnam, ut aiunt, aedificationem uniue[r]so huic populo praebuerunt. Magno cum ardore tum in literas, tum in uirtutem huius collegij operarij incumbunt, nec minore cum fructu scholasticorum. Sunt et scholastici numero 500, et sic exercentur in literis ut uirtutj [b] maior sit locus; student enim diligentius, ut uirtute praediti non modo sint, sed etiam appareant, quam ut literati. Quod, ut comprobetur, hoc solum proponam, quo rej finem faciam. Dicebat enim diebus praeteritis quidam scholasticus alij de quodam suo familiari, quem subtristem uiderat: illum subtristem et quasj fatuum, quod sanctissimum Christi corpus in festo Natiuitatis non recepisset. Omnes tempore statuto confitentur de peccatis; nonnulli etiam octauo quoque die, et decimo quinto, et qui aetatem habent, corpus seruatoris nostri suscipiunt. Obseruantur ab illis diligentissime collegij instituta, et praecepta ad unguem. Praeceptoribus singularem exibent obedientiam; sunt in omni loco quietj, ut facile cognoscantur inter alios antoniani collegij scholastici, qui nostris dant operam; ob quam causam qui filios procreant, eo magis mouentur ut nostris filios suos erudiendos tradant. Maior in dies augeretur numerus, si loci angustia pateretur. Praeter eas quas singuli praeceptores in suis gymnasijs habent doctrinas, habetur etiam in templo eiusdem collegij doctrina die dominica post meridiem, quo munere Pater Marcus Nonius, qui anno proximo uenit ex India, fungitur, non sine magna animorum commotione. Ad eum audiendum, cum scho-

---

[a] infedilitatis *ms.* — [b] uertutj *ms.*

lasticis [a], omnis ordinis uiri conueniunt. Inuisit saepius idem collegium dominus Antonius, cuius pater Lodouicus regis Ioannis tertij fuit frater, qui cum praeteritis diebus in eodem collegio uellet audire sacrum (quod saepe accidit), cumque iam non esset, qui eo in loco ministraret sacerdotj, indueretque [*sic*] ut fieret sacrum, quod frater cui [b] id erat curae, eo tempore ibi non esset, ille genibus flexis accessit, submitens se, eodem munere functus est. Eius pedagogus, uir nobilis genere, nobilior moribus, solet dicere multo magis se commouerj cum uidet fratrem aliquem nostrum, licet coqum, quam si audiat ornatissimam et patheticissimam [c], ut ita dicam, concionem.

10. Episcopus mirandensis [1], qui regi est a consilijs, episcopusque algarbiensis [2] cum pluribus alijs nobilibus solent adire hoc collegium et nonnunquam ibi confiteri [d]. Quidam uir nobilis, qui est praetor cuiusdam insulae, cui nomen est insula promonterij [*sic*] uiridis, quae adiacet e regione tractus guinensis, est huius collegij Patribus [e] addictissimus. Cum praeteritis diebus ad insulae administrationem esset profecturus, accessit ad collegium, cumque uellet alloqui rectorem et reliquos fratres, prae desiderio et lachrimis nullum potuit uerbum proferre; et ita sine ullo [f] sermone habito discessit. Alter eius frater, relictis suis aedibus, huius collegij uiciniae commigrauit: incolit modo aedes fratris, et quodammodo haereditatem uirtutis fraterno iure uidetur accipere. Frequentat rector huius collegij [3] cum reliquis fratribus regium xenodochium [g], sternit lectos, solatur aegrotos eo conatu et amore, ut speciem angeli, quoties ingrediatur, dicant praefecti ualetudinarij se existimare uidere. Nonnulli nostrorum exemplo commoti facultatem a confessarijs petiuerunt, ut liceret idem facere, postulantes ut aperirent uiam, qua possent in uirtute id facientes proficere. Abeunt nonnulli etiam ab hoc collegio ad carcerem auditum confessiones, inuisum multos nobiles qui solent domi suae confiterj; respondent ad interrogata de ijs, que attinent ad confessionem.

11. Quidam nobilis affecerat iniuria alium, etiam non inferiori conditione; qui cum esset iussus a quodam Patre huius colle-

---

a scholastici *ms.* — b cui *supra vers., deleto* qui. — c *Sic. in ms.. emendatum ex* patetissimam. — d *Prius* confitentur. — e *Praec. v. supra vers.* — f ulo *ms.* — g senadochium *ms.*

---

[1] Iulianus de Alva.
[2] Ioannes Mello et Castro.
[3] P. Gaspar Alvarez. Vide *Litt. Quadrim.*, VI, 728.

gij, ut ab eo quem iniuria afficisset [*sic*], ueniam peteret, respondit se non solum sponte et bono animo facturum, uerum non aliter quam constitutum iussumque esset; quod opere [a] compleuit; qua in re non parum diuinae maiestati satis factum est.

12. Impenduntur nonnulla huic collegio ad diuinum cultum necessaria, ut uestimenta, calices et reliqua similia; rescipiuntur [*sic*], quae existimantur necessaria, atque conducere ad communem profectum et aedificationem. Quaedam foemina cum haberet tabulas quasdam aureas, et panni serici purpurej quandam copiam, ut sibi iuberet uestes fieri, attulit ut ex his uestimentum, quo sacrum fieret, componeretur. Regina nonunquam erogat eleemosinas huic collegio; fauet quantum potest eiusdem operarijs, ut nobis addictissima [b]. Praefecit Pater doctor [c], ut concederet quaedam magni ponderis et momentj, quae ad iustitiae spectabant officium, in quibus arbitror non parum Deo Omnipotenti placuisse.

13. De domino Ioanne, regulo insulae Ceylan [1], unde cynamomum asportatur, qui in hoc collegio agit, scribam mirum quam sit obediens rectori; nihil enim absque eius facultate facit; solet cum a fratribus uerruntur domus, sumere scopas et simul idem tentare; cumque semel rogaretur cur id faceret, respondit non mirum si uerreret, quando Dej domum uerreret, cum ab hoc munere in domo Dej magnus proficiscatur honos. Solet etiam praedicare se, si esset futurus religiosus, nunquam futurum nisi Societatis.

14. In principio huius anni, qui in die diui Remigij [2] sumpsit initium, recitata est oratio et acta comedia, humana satis et faceta; affixa su[n]t epigrammata, ad quae omnia magna multitudo conuenit nobilium, equitum et aliorum: inter quos marchio de nouis turribus [3] nominatus, episcopi, magnates, doctores in uarijs facultatibus; fuit magnus apparatus, ornabantur enim tapetis parietes et sericis pannis, magna copia cantorum,

---

a operae *ms.* — b addictima *ms.* — c *Ita ms., forsan auctor voluit scribere* Patrem doctorem [Torres].

---

[1] Cf. *Litt. Quadrim.*, VI, 727. Hic princeps postea in Indiam redux feminam lusitanam uxorem duxit et obiit Goae anno 1587. Cf. G. SCHURHAMMER et E. A. VORETZSCH: *Ceylon zur Zeit des Königs Bhuvaneka Bahu und Franz Xavers 1539-1552,* p. 76 annot. 1; p. 601, annot. 1.

[2] Dies prima Octobris.

[3] Videtur hic fuisse Georgius de Lencastre. Cf. SOUSA: *Historia genealogica...* liv. XI, cap. III [Vol. XI, p. 67].

1. ✠ Iesus Maria. — La gratia e pace del Saluator nostro X.º Iesu sia sempre con tutti. Amen — Molto R.do in Xpo. Padre osseruandiss.º [*Scribit ex officio.*] E prima quanto tocca al profitto nostro spirituale (perchè malageuolmente aiuta altro collui che non è buono per se) tutti se sforzano di crescere nelle virtù; et in segno di questo domandorno, tanto li Padri, quanto li fratelli con grande instantia, penitentia al Padre Rettore [2], per li difetti commessi contra le regole et constitutioni, et l'hebbero: il che molto si consolorno, l'uno uedendo l'altro (et maxime li Padri) fare tanto allegramente le loro penitentie; fra i quali c'era il Padre Carlo [3] tutto biancho per la uecchecza, et ancho il Padre Rettore fece la sua. Questo Natale hanno rinouato li uoti loro. Di qua uiene che sono poi più atti all'aiuto del prossimo, il che s'ha dimostrato in questo aduento; perchè doi sono andati ogni domenica a domandare elemosima per li poueri vergognosi et carcerati; alli quali hanno non solo dato il cibo corporale, ma ancho il spirituale facendo alloro essortatione spirituale, et li confessorno quasi tutti; della qual cosa ne restorno tutti edificati. Oltra di questo s'aiuta il prossimo non puoco con le continue prediche et lectione de doctrina christiana; alle quale sempre cresce l'auditorio; et oltra delle

---

[1] Ex autogr. ut videtur, in cod. *Sic. 181 - Sic. 182*, ff. 177-178; prius 137.

[2] P. Petrus Venusto.

[3] Videtur intelligi P. Carolus (de Valentia) neapolitanus, de quo in catalogo huius collegii, ineunte anno 1564 ut videtur, scripto, dicitur esse 64 annorum (Cod. *Sic. 59* n. 204). Idem erui potest ex catalogo provinciae siculae anni 1567, in quo unus invenitur P. Carolus, nimirum. P. Carolus de Valentia neapolitanus aetatis 67 annorum. (*Ibid.* n. 163).

prediche di nostra chiesa, si predica ancho a vno monastiero de monache, le quale sonno ridutte a tanta osseruanza della loro regola, ch'è cosa per lodare Iddio. Il numero di penitenti ua crescendo, et Dio sia lodato, sempre ni seguino buoni effetti; perchè alcune persone hanno fatto ristitutione non di puoca ualuta; et altri ridotti a migliore stato di uita; et altri hanno confessato peccati, li quali in tutta la loro uita mai confessorno, comunicandosi con quelli. Pare che quando uengono alla nostra chiesa, piglino animo et il diabolo perde le forze; s'hanno ancho fatto confessioni generale assai, con molto aiuto delle loro anime.

2. Quanto tocca alle schuole, sonno tre; et in ogn'una buon numero di scholari; et si sforciano li maestri di dì in dì acciò diuentano uirtuosi et dotti, et se vede non puoco profitto. Questa festa di santo Sebastiano, per esser il titolo di nostra chiesa, nella qual habbiamo, oltra le altre reliquie, vno bel pezzo d'osso di detto santo Sebastiano, et per questo ogn' anno si fa vna bella processione publica vscendo di nostra chiesa con dette reliquie tutto il clero et conuenti et confratie et populo; nella qual chiesa il vicario della cità con tutto il clero cantorno vespro et messa; et li maestri tacorno uersi alla porta, composti in honore di santo Sebastiano, et il maestro della rettorica recitò una oratione in honore del santo; la qual fu molto accetta, sì per esser dotta, sì per il bel modo ch' ha questo fratello in recitare.

Quà al presente siamo duodeci, 4 sacerdoti; 3 maestri; uno schuolaro et 4 per li seruitij di casa, li quali Dio gratia tutti stanno bene.

3. Mi resta auisare V. R. P. del frutto del colleggio di Calatabellotta, per esser membro di questo collegio, nel quale stanno sette persone, 3 Padri, 3 maestri et vno per li seruitij, delli quali molto se ne serue Dio nostro Signore, perchè oltra che tutta la terra ne resta edificata, per mezo d'uno de fratelli s'ha fatto una pace non di puoco momento, et ha ridotto li doi capi alla confessione; il medesimo hanno fatto con vno ch'haueua tale inimicitia, ma con Dio, che mai voleua andare alla messa, et adesso ua alla messa et si confessa, laus Deo. In questa Natiuità del Signor nostro hanno hauuto molte confessione, più de 300; il che è cosa rara in quella terra; fra i quali fu il S.or Ducha [1]. Il concorso alle prediche ogni dì cresce; uanno li nostri

[1] Videtur indicari Petrus de Luna, Bivonae dux.

a piscare per le piazze e sempre fanno captura, intanto ch' alle uolte ne menano 15 a confessare insieme alla chiesa. Li scholari uanno bene, et oltra li continui ricordi che li danno li maestri ogni giorno, le feste, doppo pranso, uno di loro sempre lege a quelli alcuna cosa spirituale.

Di Biuona alli II° di Februaro 1561.

Di V. R. P. figliuolo et seruo indegno. Per commessione del Pe Rettore.

Pietro Bellonio [1].

490

GASPAR CANTAGALLINIUS

senis 9 februarii 1561 [2].

1. *Collegii incrementa. Media ad religiosam perfectionem promovendam adhibita.* — **2.** *In rei familiaris angustiis divinum auxilium experiuntur.* — **3.** *Viduae cuiusdam beneficentia.* — **4.** *Patris rectoris in animarum salutem labores. Cantus suavis cives ad templum allicit.* — **5.** *Scholarum status et litteraria exercitia.* — **6.** *In carcere detenti mores in melius mutant.* — **7.** *Concursus ad sacramenta. Fabri cuiusdam virtus laudatur.* — **8-9.** *Florentina ducissa collegio opitulatur, praesidique urbis commendat. Cives apud ducem pro collegio intercedunt.*

1. ✝ Ihs. Maria. — Gratia et pax Xi semper animis nostris insideat [*Breviter scribere conabitur.*] Paucis ante mensibus decem numero fratres collegium hoc senense incolebant, scholasticorum uero dumtaxat quatuor in presentiarum facta est accessio, maiorem propediem fore omnes laboramus, speramusque. Ex his nempe tres sunt sacerdotes, praeceptores duo, quos octo

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 831.

[2] Ex apogr. coaevo in cod. *Rom. 126 A*, ff. 118-119, prius 2-3. Aliqua emendata sunt ab scriba, alia a Polanco. Huius emendationes in annotationibus exhibentur, retenta in textu prima scriptione. Deleta in textu, italicis litteris notamus.

disciquli sequuntur, una cum coadiutoribus duobus, quorum profecto nemo non prospera fruitur ualetudine, animique tranquillitate. Inde fit, ut pro se quisque doctrina, labore, precibus, proximo praesto esse studeat: nec non industria sua, quoad eius fieri potest, [eum] a scelere et ab incoepto perperam cursu ad salutem reuocare. Omnes qui hic degimus, faesto diui Thomae ad uberiorem gratiam ex thesauro diuino depromendam, qua Christi consilia atque iniuncta nobis munia ab obedientia facilius exequamur, generali nostrorum peccatorum confessione instaurati sumus; supplices deinde uota diluculo alta uoce repetiuimus, praeeuntibus tamen orationibus, corporisque castigatione. Opinor fore, ut P. T. non mediocri afficiatur gaudio, si, quibus nos proxime studijs exercuerimus, breuiter significauero tibi. Visum est P. Rectori [1] ante Christi Domini nostri natale aliqua spiritali exercitatione ad fratrum uitia, si qua sunt, extrahenda uti. Eductis itaque sortibus, quem quisque sortiebatur, habebat in suggestu uerbis castigare, eius defectus leniter, aspereue, prout cuique uidebatur, detegendo, reliquis accumbentibus. Vt autem ad hoc agendum tum facilior, tum expeditior aditus pateret, a singulis singuli fratres, quibus id negocij erat iniunctum, inquirebant, scrutabantur, omnibusque uestigijs indagabant peccata, culpas, ignauiam fratris [a] obiurgandi: quare ea adhibita fuit diligentia, ut fucosa omnia et desidia infecta, pronunciata publice fuerint, nulla [cui]usquam [b] habita ratione. Atqui ne scandalum subsequeretur aliqua imprudentia, antequam in concionem ascenderetur, iusserat Pater sibi chirographum afferri, ut si qua reticenda commutandaue essent, litura tollerentur. Vnde imposito reprehensioni fastigio, ultro citroque ambo amplexantur, porrigitur obiurgatoria schedula conuitio honesto uerberato, ut suo commodo perlegat eam, admonita caueat; sic ordine succedebant reliqui donec incepto impingerent coronida. Ex qua re compertum habeas, quam maxime colende Pater, non solum a cunctis maximam consolationem perceptam, sed plurimum quoque emolumenti haustum [c]. Unus etenim quisque iuxta beati Apostoli sententiam [2], ueteri homine deposito, nouo uidetur indutus, quando salutis initium a peccati

---

a fratris *supra vers.* — b cuiusquam *add. in marg.* — c *Prius* exhaustum.

---

[1] P. Hieronymus Rubiola.
[2] Cf. EPHES. IV, 22.

notione pendet. Praeterea minime desunt qui in triclinio flagellis caeduntur, qui sui ipsius contemptu, qui pijs coeteris studijs, quae a Societate nostra adhiberi solent ad maiorem Dei gloriam fratrumque progressum, signa probitatis mirae, humilitatis, obedientiae quotidie prae se ferant, nec non in regularum obseruationem, quae cuique nostrum cordi maxime esse debet, omni diligentia incumbunt. Laus Deo omnium bonorum authori.

2. Quod ad rem familiarem attinet, id perhibere ualemus, Maiestatem diuinam nunquam nos [a] destituisse, quin in primis fuerit nobis diuina sua opitulata gratia, deinde re, uictum suppeditando, et alia cuncta quae spectant ad conseruationem corporis. Eoque magis aeterna Prouidentia elucet, quamuis omni tempore appareat immensa; cum nullum enim uectigal preter triginta aureos nummos annuos huic Collegio reddatur, nihilominus tamen re ipsa confirmare licet nec uestitum nec uictum unquam nobis defuisse. Quamobrem dictum illud: « Nihil habentes, omnia possidentes » [1], non mentiri, nemo nostrum non uidet. In paupertate itaque laeta (quae quidem si laeta, habenda non est amplius paupertas) uitam traducimus, ita cum illa bene conuenimus, ut iam quodamodo uideatur [b], ut sic loquar, nos quasi fides defecisse; cum etenim fides sit eorum quae sub aspectum non cadunt, in senensi collegio inter omnes constat, et fere oculis cernimus diuinam adesse Prouidentiam, omnibusque non sibi, at benignitati eius confidentibus uehementer suffragari.

3. Eleemosinae quae nobis interdum in [c] summa indigentia uersantibus exhibentur a quibus praecipue minime putaramus, ita opportunae existunt, ut nihil supra. Ex omnibus qui benigne nobis faciunt, animaduertimus mulierem uiduam insignem sanctimonia, pietate ac peculiari cura in hoc collegium affectam, in Societatem deque nobis bene meritam, quam qui maxime. Auderem ferme affirmare maiori ipsi nostra curae esse, quam nobis ipsis; haec suas fortunas collegio impertit cum iam suppellectile totam domum [d] ornauerit. Ad hoc accedit quod statutum habet animi nostri [e] gratia fundum mercari; ante obitum uero suum omnium bonorum collegium haeredem se scripturam testamento confirmauit [2]. Non secus ac alteri in animo est

---

a nos *supra vers.* — b *Emend. ex* uidetur. — c in *supra vers.* — d domam *ms.* — e nostri *supra vers.*

---

[1] Cf. II CORINTH., VI, 10.

[2] Ad hanc piam feminam videntur referenda, quae habentur in antiquo ms. sub hoc titulo: « Historia del Collegio di Siena ». « Dopo un'anno ò doi che

centum aureos nobis legare: fiat uoluntas Dei quem penes [a] coelum est terraque.

4. P. Rector tot tantisque curis distinetur (nam basilicam habere uidetur), ut uix aliqua diei pars, cum non admodum se respiciat, otio concedere ualeat: accersitur saepius ad paces componendas, confessiones aegrotantium procerumque interdum excipiendas, ciuium lites dirimendas; cuius opera multi reconciliata gratia, in pristinam beneuolentiam rediere. Diebus dominicis ac faestis sub uesperas concionatur, et cum bene magna concionem auditum confluat caterua, tum aequissimis auribus auditorum utitur. Nuper in aliquot dies uesperae (deposito quodam sono quasi lugubri, quo prius utebamur) coeptae sunt recitari modulatione dulci, cum adsint musici. Hinc coniectura facilis est hoc melos apprime omnibus arrisisse: quoniam familiares quidam nos adijerunt id comprobantes, et ita se uesperis intentos esse fatebantur, ut prae nimia suauitate, cum sibi ferme in coelis angelorum cantui adesse uiderentur, ullus precibus locus nequiret [b] relinqui. Alij se malle pane non uesci, quam huiuscemodi priuari melodia, dicere non dubitabant. Sed quando faesta deffluxerunt, hoc postposito cantu, concinere duntaxat more, ut uulgo nuncupatur, gregoriano [c], sumus auspicati.

5. Duae hic classes tantummodo aperiuntur; in una rhetorica, Horatius. Ciceronianae orationes una cum grammatica graeca praeleguntur; in altera grammatices praecepta, Virgilius, Tullius de Amicitia; et cum multitudo puerorum perampla existat, duobus fratribus tanquam hyppodidascalis res est cum abecedarijs primaque erudimenta imbibentibus. Pater tametsi N. Prouincialis [1], qui proxime huc *attigit* [d], cuius aduentus omnibus gaudij cumulum attulisse uidetur, alium ludi magistrum a P. T.

---

a penes *supra vers.* — b *Prius* nullus... quiret. — c gregoriano *supra vers.* — d venit *Pol.*

---

la Compagnia fu in Siena Madonna Frasia Orlandina moglie del q[uondam] Capitano Geraldo Saracenj, comminciò à frequentare la nostra chiesa, et agiutò molto il collegio nelle cose temporali, sendochè per molti mesi diede carne per tre giorni la settimana, diede quasi tutte le masseritie per la cucina et rifettorio; diede molta biancheria et paramenti per la sagrestia, et finalmente si prese cura di tenere finito il collegio di biancherie à tal che il collegio come à singolare benefatrice se li truoua molto ubligato ». In cod. *Rom. 126*, f. 258.

[1] P. Petrus de Ribadeneira. Legi potest epistula quam Ribadeneira scripsit ad Lainium die 29 Decembris 1560. Cf. *Ribadeneira*, I, 347 sqq.

se cito petiturum dixit. Scholasticorum numerus, qui lectionibus audiendis sunt maturi, potius mediocris apparet, quam amplus: spe tamen ducimur in dies auctum iri, quando quidem bene moribus compositis se exteris [a] prebent exemplar. Haud desistunt singulis quoque mensibus, sicut in more positum est, sua peccata sacerdoti aperire, grandiores uero natu saepe accedunt ad sacrum eucharistiae sacramentum humili animo sumendum. Habentur praeterea in nostris scholis disceptationes, affiguntur que diebus ueneris rhetoricae assertiones: studijsque hisce mirum in modum discipuli ad humaniores litteras amplexandas inflammantur; ideo eo magis datur opera, ne ulla intermissio nostri fiat officij. Calendis Nouembris de sapientiae laude orationem pronunciauimus in schola instructa peripetasmatibus *praesentibus extraneis* [b]. Postulatum non multis diebus ante ab humanitatis legisque professoribus fuit, ut quid grec[i] [c] in publico gymnasio enuclearetur; ea re decreuit Pater Rector magistrum Joannem Maiorium [1], adm[odum] [d] in graecis litteris uersatum, hunc subire laborem. Pridie igitur iduum Nouembris aristotelicam rhetoricen cum auditorum applausu inchoauit. Nec debet ulli mirum uideri, si post aliquot hebdomadas omissa fuerit lectio de sententia P. Prouincialis; absentia enim magistri Joannis non poterat prorsus nostrae classi, cu[i] malumus, ut tenemur, satisfacere quam paucis alijs morem gerere, non esse in aliqua parte detrimento. Quamobrem omni culpa haec cessatio caruit, nam ad tempus quasi quid euenerit prospicientes, suscepimus prouinciam. Nostri scholastici exercentur crebris declamationibus habendis: aliquando ex improuiso latine concionantur inter coenandum.

6. Inuisuntur saepius in carcerem conjecti; et hos, uerbum Dei aperiendo, tum recreare, tum a uitae curriculo obliquo retrahere diligentissime studemus; id consequi uidemur, cum omnes uno [e] ore protulerint praeter hanc conciunculam alio nihilo releuari. Non modo a carceris custode mihi fuit relatum, sed ab ipsis etiam captis accepi, se omnes quotidie genibus flexis laetanias coronamue, uel aliud generis huiusce pie recitare lucente lampade [f] prae altari. Nil aliud ibi antea audiebatur, quam obtrecta-

---

a *Prius* externis (?). — b *Duo verba praec. deleta sunt.* — c *Consumpta charta in fine versus.* — d *Consumpta charta.* — e omnes uno *supra vers.* — f *Prius* lampada.

---

[1] Ioannes de Maioribus. Cf. *Litt. Quadrim.* VI, 484.

tiones, obscena dicta, ac in ijs uolutabantur, quibus nullum inter custodiam et lustrum discrimen esse uidebatur. Ad pauperum hospitia quoque duo fratres ad consolandum infirmorum coetum, perorata concione, dirigunt iter; qui graui morbo affecti familiari colloquio resipiscere uidentur.

7. Nunc ueniamus ad alia. Complures utriusque sexus crebro ad nostrum fanum confluunt, quo sacramenti *altaris sumptione* sua crimina deleantur [a]: singulis 8 [b] diebus alij, uel saltem decimo quinto quoque die angelorum sanctissimo pane refici solent. Qui uero longius in spiritu uidentur prouecti, positis omnino in minimis caducis, quotidie communicant. Impresentia satius esse reor a laudanda [c] probitate aliquorum qui se obedientiae credidere supersedere [d], quam de ea scribere parce; sat commemorare opinor unius uirtutem omnibus fortasse communi opinione praestantis: optimis etenim quibusque ad beate uiuendum aspirantibus in ipsum unum oculos conijcere licet. Quanquam obscuro loco sit natus, nam faber dicitur, ueruntamen admirabilem prae Dei conspectu preciosumque ducimus. Pretermitto modo humilitatem eius, quae maxime egeret narratione, sed dumtaxat promptissimam obedientiam significandam P. tuae putaui; in qua adeo infixus uidetur, ut qualiacunque quamuis perardua, hilari animo subire minime recuset [e]. Accidit quadam die, mirabile dictu, quod duos panes dederat emptori, quasi recte, ne sentiret Pater Rector, a quo uetitus erat ne exiguum [f] quidem munus, nedum magnum afferret ad collegium. Id uesperi, sicut fert consuetudo, Patri nunciatur, mane *ludibrio* fabrum biduum edere *negat* [g], decedit laetus; biduo ita inediam sustinuit, ut nihil sumpserit cibi, sed nequidem aquae guttam degustauerit. Et hoc grauiorem inediam fuisse constat, quo corporis ingratus labor extiterat diuturnior: conductus enim a primo mane ad supremum usque solem assiduo defatigabatur labore [h]. Ecce biduo post Patrem reuisit bonus uir, penitentiam refert, quae longe maior fuit culpa, prout potuit se egisse. Hanc simplicem obedientiam admiratus Pater e uestigio discolorem ac titubantem *comesum* [i] ire iubet. Alias reficiente ipso fastigia tecti, delapsum est saxulum quasi scrupulus, forteque fortuna

---

[a] sacramento confessionis... deleant. *Pol.* — [b] 8 *supra vers.* — [c] a laudanda *add. Pol., sed videntur necessaria ad sensum complendum.* — [d] *Del. in fine vers.* quam. — [e] *Prius* recusaret (?). — [f] exiguum *add. Pol., deleto alio verbo, quod legi nequit.* — [g] quasi ludens... non edere iubet *Pol.* — [h] *Emed. ex* dolore. — [i] ad comedendum *Pol.*

apparitorem uiatoribus stipatum suboffendit; et hic furore captus fabrum illico descendere iubet, cui bene quidem barbato offerenti se illi, acriter ei insultando uellebat barbam; ille furere, hic insons aequo animo probra, conuitia, contumelias perpeti; ille minacia proferre uerba, hic Deum rogitare ut asperrimo conuitiatori crimen condonaret. Ingenti hic flagrat desiderio Societatis, ad quam si caelebs esset, nulla mora aduolaret; quandoquidem filius eius adhortatione impulsus hanc, uno forte abhinc anno, est ingressus. Minime id tacirtunitati [*sic*] *concedam* [a]. Isthuc se filium conferentem, iter unius diei comitatur, postera die discessione dirimunt societatem, sed cum uix pater prae nimio Vrbis desiderio iter supprimere posset, prostratus tandem in coeno forte ad filii pedes, supplex benedictionem petit: Da, inquit, fili mi, benedictionem mihi tuam, tu enim iam in Christi seruis numeraris, ego uero sordes mundi sum. Qua re hinc inde lachrimis genibus curuis alter ab [b] altero benedictionem postulat. Plura de homine auribus digna commemoranda essent, nisi studerem breuitati. Sat reor fore id unum de ipso perhibere, ea esse probitate, animi humilitate, obedientiaque, ut neminem, quantum iudicium facere fas est, in hac ciuitate *[Narrantur aliquae peccatorum conversiones, quas omittere satius visum est.]*

8. Cum extremam quasi manum his literis imposuissem, minime reticendum uidetur, quod euenit noui. Dux florentinus una cum coniuge sua [1], post Roma discessum, sunt hic Senis ad uigesimum diem commorati. Inuisit continuo Pater ducem, quam totos dies obseruare oportebat, ut sibi ad eam aditus, qui quidem in initijs difficillimi erant, darentur. Introducitur tandem, ineunt colloquia, interque loquendum ea beneuolentiae signa prae se tulit, ut maxime animata in Societatem uideretur. Pater etenim Rector *tam maxime* [c] in ipsius gratiam uenit, ut ipsi obseruatores *autumabant* [d] ducem uno omnium Patre familiarissime uti. Vnde saepius petentem ipsum [e] facultatem se domum recipiendi, cum in aula stetisset diutius, abire amice negauit: quoniam non mediocri uoluptate afficiebatur propter circumspectam orationem Patris, cui semel serio dixit inter om-

---

a taciturnitate praeteribo *Pol.* — b ab *supra vers.* — c adeo *Pol.* — d dicerent *Pol.* — e *Videtur prius scriptum* petenti ipsi.

---

1 Cosmas de Medicis et Eleonora de Toledo.

nes omnium gentium constare religiosos Societatis nostrae omnibus probitatis exemplum esse. Multa missa facio de Societatis laude dicta, *cum impeditum sit se ipsum laudare*. Praeterea *sex et triginta aureos nummos* [a] exhibuit huic collegio ad oleum, frumentum, lignaque coëmenda. Ultroque sese obtulit atque pollicita est, se aliquid praesidij hoc primo uere nobis donaturam; et proficiscens Pisas poposcit a Patre nostro, ut uel Florentiam, uel ubi gentium fuerit, adeat illam, cum aliquid opus fuerit.

9. De domo autem stabili habenda, quid dicam, cum [b] nihil adhuc certi sit statum, incertus sum. Spes tamen optima est; nam ipsamet coram Patre delegauit vrbis praesidi ut curae max.ae hoc negocium esset, eique uehementissime nos commendauit [1]. Praeter haec frequens habitus est senatus quadam die, deque re nostra transigenda retulit, utque quam primum id ad exitum perduceretur, ex magistratibus quatuor grauiores, prestantioresque Duci supplicarunt, atque eo studio, quod diligentissimum esse potuit, petierunt ne grauaretur decem duodecimue aureos in singulos menses [c] nobis *reddere ad sustentandam uitam* [d], confirmantes Societatem cum utillimam [e], tum necessariam [f] esse. Ad id hoc amplius accessit, eum gratissimum facturum toti ciuitati, id si effecerit: quibus benignissime respondit se eorum causa nobis opem allaturum. Res est in herba: faxit Deus [g]. [*Preces postulat*].

Senis quinto idus Februarij M. D. LXI. Ex mandato Patris Rectoris. T. R. P. indignissimus seruus in X.º

GASPAR CANTAGALLINIUS [2].

Desideratur inscriptio.

---

a [mag]nam pecu[n]iae summam *Pol.* — b cum *supra vers.* — c menses *supra vers.* — d assignare *Pol.* — e utillissimam *Pol.* — f summe necessariam *Pol.* — g quod gratissimum ipsi futurum est. *Pol.*

---

[1] Paulo post Iacobus Mignanellus, grossetanus episcopus, templum Sti. Vigilii eique adiunctam domum collegio precario donavit, quae anno 1567 in collegii proprietatem transierunt. Cf. *Lainii Monum.*, VI, 432, 491, 500; *Polanci Compl.*, I, 650; II, 680, 694. SACCHINUS (*Histor. Soc. Iesu* part. II, lib. V, n. 119) dicit hoc anno 1561 templum domumque Sti. Vigilii concessam esse collegio ab episcopo grossetano.

[2] In cod. *Rom. 169* annotatur ejus ingressus in tirocinium romanum die 27 Februarii 1557. Exstat autogr. votorum Romae emissorum die 4 Martii 1557. Obiit in patria (Perusia) anno 1565, ut habetur in cod. *Hist. Soc. 42,* f. 3.v

491

P. CAROLUS GRIM

VINDOBONA 14 FEBRUARII 1561 [1].

1. *Sociorum valetudo. Mutationes. P. Auer Commendoni legati socius. Sacerdotes occupationibus obruuntur. Plures desiderantur.* — **2.** *Scholastici in litteris et moribus proficiunt.* — **3.** *Civium ad sacramenta concursus in dies augetur. Gregorius Rosseffius pro P. Auer concionatur. Laborum fructus.* — **4.** *Difficultas inveniendi domum collegio novo et convictui. Domestica quaedam.* — **5.** *Cives viennenses erga socios melius affecti. Pauca de religionis statu Vindobonae et in circumiacentibus oppidis.*

1. Ihs. Gratia et pax Christi repleat corda nostra. Quod ultra tempus iniunctum mihi scribendi offitium intermiserim, causa fuit quod iam ab aliquo tempore aduersa ualetudine usus fuerim, affligente me graui tussi, a qua quidem, etsi non ex toto, maiori tamen ex parte sum liberatus: laus Deo. Reliqui omnes Patres ac fratres prosperae satis sunt ualetudinis. Quid interea temporis in collegio gestum sit, perstringam breuiter. Non dubito enim quin omnia quasi iam a R. P. Rectore ad R. P. V. sint perscripta. Ad instantiam episcopi ac legati Comendon [2], annuente etiam caes. M. [3], D. Lambertus [4] cum illo ad principes Germaniae profectus est. Ne tamen interea uacaret lectio theologica, aut ab alio occuparetur, D. Christianus [5] ultra suam lec-

---

[1] Ex autogr. in cod. *Germ. 139.* f. 60: prius 15. Epistula non est quadrimestris, ut ipse auctor circa finem innuit. Ita potuit in ea quaedam scribere, quae in litteris quadrimestribus omitterentur. Sed quoniam in ea dicuntur multa litterarum quadrimestrium propria, et litterae quadrimestres vindobonenses huius temporis desiderantur; eam in lucem edere decrevimus.

[2] Ioannes Franciscus Commendone, Zacynthi episcopus, ad Germaniae principes a Summo Pontifice pro rebus concilii tridentini mittebatur. Cf. PASTOR: *Geschichte der Päpste*, VII, 170 sqq.

[3] Ferdinandus.

[4] P. Lambertus Auer. Cf. *Lainii Monum.* V, 433-34.

[5] P. Christianus Rivius. *Ibid.* 434.

tionem, et D. Lamberti suscepit ad tempus, aut ad[a] reditum D. Lamberti usque[b], et ut commodius illuc [*sic*] praestet atque satisfaciat, ab omnibus reliquis liberatus est offitijs; licet cum incommoditate nonnulla collegij. Cum enim pauci hic sint sacerdotes, et ampla interea messis, alij ex hoc plures labores participant; quae quidem onera, etsi quoad fieri potest mittigentur, multa tamen quomodo honeste ab humeris nostris excuti possint, non uidemus. Illi duo nostri theologi, D. Lambertus et Christianus, cum debiles satis sint, indigerent sane tertio theologo, ne si quando unum contigeret per debilitatem deficere, ut interea alius illius suppleret locum. D. Lambertus, spero, non parum iuuabitur in isto itinere, et speramus illum fortiorem reuersurum: multis est hic acceptus et charus, et suspicitur a multis propter singularem illius in conuersando gratiam, atque doctrinam, nec facile hinc remouendum censerem ad alium locum. P. rector [1], etsi legere in vniuersitate possit, atque legendo omnibus etiam placeat, tamen collegij atque alia diuersa negotia uix admittunt hoc; imo parum admodum temporis habet, quod aliquando iuuandis hispanis tribuere propter negotiorum multitudinem possit. Vnde saepe, sicuti adhuc, desideramus sacerdotem aliquem hispanum, qui in audiendis hispanorum confessionibus operam suam locare possit, cum certe hispani maiori ex parte nostrum templum exornent[c], promoueant atque germanos ad pietatem similiter excitent. P. Cornelius[2] qui omnium Patrum et fratrum est confessarius, atque templi praefectus, satis negotij habet, ut ista duo bene administrare pergat. P. Dauid Eckius et P. Thomas, bohemus[3], soli germani sunt, qui ita quotidie in audiendis confessionibus, tum in uisitandis infirmis distrahuntur, ut uix lectiones illas theologicas duas in vniuersitate audire queant. Ego quidem subinde in templo iuuo, tamen offitij mei ratione[4] saepius auocor. Sunt

---

a ad *supra vers.* — b usque *supra vers.* — c *Del.* atque.

---

[1] P. Ioannes de Victoria, hispanus.

[2] P Cornelius Brogelmann.

[3] P. Thomas bohemus (Hedl) missus fuerat Roma Viennam mense Septembri 1560. Cf. BRAUNSBERGER: *B. P. Canisii Epist.* II, 728. Obiit mense Februario 1561. *Ibid*, III, 94; *Lainii Monum.*, V, 436.

[4] P. Grim minister domus erat, seu prorector, ut dicit catal. anni 1561.

quidem et alij duo sacerdotes [1], ut est P. Bartholomeus, sed ille imperfecte adhuc loquitur germanice; alter P. Henricus, ille gallicam potius calet linguam; deinde cum adhuc studiorum cursum non absoluerint, P. rector parcat illis ne in illo impediantur, et nonnisi in magna necessitate reliquos iuuant; et iminente iam quadragesima, non parum augebuntur in templo labores, sed benedictus Deus qui in [a] tantam [b] messem nos misit, ut ocij non detur locus. Ad succurrendum nonihil istis necessitatibus cogitauimus non inutile fore, si adhuc duo alij ex fratribus in sacerdotes ordinarentur, ut Adamus atque Piringerus [c]; illi cum germani etiam sint, poterunt paulatim collegium magis iuuare.

2. Preceptores et magistri nostri diligenter satis pergunt in instituendis nostris fratribus, atque omnibus reliquis discipulis. Multum meo iuditio profecerunt phisici atque logici; horum diligentia excitantur non parum plures studiosi, ut desiderent nostrorum lectiones audire [d]; malunt aliqui dignitates illas graduum, bacalaureatus, aut magisterij diferre, aut quasi negligere, quam nostras lectiones deserere, si modo parentes semper permiterent; sed quia uere omnes ad gradus aspirant, schola nostra saepe detrimentum et recessum illorum sustinet, nec modum uidemus continendi illos, donec habeamus facultatem promouendi illos. Proficiunt interim in pietate multi ex nostris scholaribus. Cum his elapsis diebus preceptores de triduano ieiunio ad [e] iubileum percipiendum fecissent mentionem, etiam ex infimis classibus et admodum paruulis, pueri [f] plures inuenti sunt, qui nulla ratione induci a parentibus [g] poterant, ut illis diebus comederent carnes, sed sicco pane contenti esse uolebant. Alius illis tribus diebus ad cognatos catholicos fugit [h].

3. Templum nostrum P. rector omnibus modis exornare contendit, ex quo nitore et omnium rerum bono ordine populus

---

a in *supra vers.* — b *Del.* nobis. — c *Prius* Adamum... Piringerum. — d *Del.* ita. — e ad *supra vers.* — f *Prius* pueris. — g *Del.* induci. — h fugit *supra vers.*, *deleto* iuit (?).

---

[1] Hi erant Barth. Bedula, helvetius grison, et Henricus Rickman, leodiensis, ut colligitur ex catalogis collegii viennensis anni 1559 et 1561 (Cod. *Germ. 131*, ff. 215, 216 b, 250).

[2] Adamus hic esse videtur Adamus Höller (Hellerus, Hollerus) qui anno 1557 Vienna Romam missus est (Cod. *Germ. 131*, f. 244 v) et anno 1560 ex Urbe Viennam remissus. Cf. BRAUNSBERGER, l. c. II, 596.

multum ad deuotionem pietatemque excitatur, ita ut modo frequenter, etiam alijs diebus comunicantes habeamus, non tantum dominicis ac festis diebus. In loco D. Lamberti concionatur M. Gregorius [1], qui ut satis bonam gratiam habet, ita populo etiam non parum placet. D. Lambertus tamen propter doctrinam magis desideratur. In festo purificationis et dominica sequenti, quando etiam iubileum percipiendum concedebatur, ultra 300 personae, nostris exceptis, confessae atque communicatae fuerunt; nec dubito si plures adfuissent confessarij, quin in duplo comunicantium extitisset copia; multi enim ob confessariorum penuriam, aut intermiserunt, aut alio se contulerunt; quod sacristanus etiam in alijs festiuitatibus factum saepius animaduertit. Istis diebus, baro quidem bohemus, qui in uita sua nunquam erat confessus, et multis erroribus atque piccardorum labe infectus, per confessionem Ecclesiae filius est effectus. Alius quidam bohemus, etiam qui per 18 annos confessionem intermiserat, nostrorum opera confessionem resumpsit. Similia possem plura referre, sed breuitati studendum et literis quadrimestribus reseruanda huiusmodi censeo.

4. Laborauit P. rector hactenus plurimum, ut collegio nouo [2], simul ac conuictoribus domum acquireret, et esset iam in hunc usum parata pecunia: sed quoniam hospitia et domus in ciuitate hac propter hominum frequentiam difficile inueniantur, adhuc desiderij compos fieri non potuit; non tamen deponitur spes; forte post multos labores consequetur desideratum. Collegium nouum atque conuictores bene modo se gerunt, et bona signa futurae pietatis in pluribus apparent. Conuictores a P. Thoma [3] qui istorum praefectus est, non parum sunt adiuti, ac facti mansuetiores. Lazarus, italus [4], qui nuper Augusta huc missus est, absolutis spiritualibus exercitijs, modo in culina exercetur, ut probetur eius spiritus. M. Gregorius, cum magis idoneum hoc tempore non habeamus, domum nouitiorum regit: sed cum agat etiam concionatorem, deinde non absoluerit cursum, omnino alium et maturiorem, et a negotijs alijs liberum nobis exoptaremus.

---

[1] Gregorius Rosseffius. Cf. *Lainii Monum.* V, 434; BRAUNSBERGER, l. c. II, 559.

[2] Cf. *Lainii Monum.* V, 19; DUHR: *Geschichte der Jesuiten...* I, 295, 316.

[3] Vide pag. 158, annot. 3.

[4] Lazarus Spinola, genuensis, qui paulo post a Societate defecit. Cf. *Lainii Monum.* V, 437; BRAUNSBERGER, l. c. III, 90.

5. Exteri atque viennenses, magis ac magis melius de nostris sentire et affici uidentur. Rariores sunt post nos clamores in plateis; frequentius et familiarius nobiscum incipiunt agere, saepius petunt consilia et opem nostrorum pro infirmis, quam antea. Magnates etiam aliqui catholici plurimum desiderant Societatem in diuersis Austriae locis ad celeriorem populi reductionem. Retulit mihi etiam uir quidam [a] non paruae authoritatis, quod modo multi dubitare incipiant qui superioribus annis pertinaciter suos errores defendere conabantur, atque disputationes de fide in dies decrescere. Viennae omnia iam sunt satis quieta, quantum ad catholicam religionem, nec attentare palam heretici quicquam audent; occupata sunt omnia templa a catholicis, ut alijs non detur locus. Episcopus viennensis [1], post confirmationem acceptam, etiam iam animosior et diligentior est effectus. Extra tamen ciuitatem, in circumiacentibus uillis, pagis ac oppidis, maior est miseria, et non aliam ob causam, quam quod non inueniantur sacerdotes boni, qui errores refellere, et populum alioquin simplicem, informare possint; vnde uelint nolint, multi mali admittuntur qui pro libitu agunt et docent, atque sub utraque saepe spetie plures comunicant. Vellent ob id ut nostri subinde excurrerent et concionarentur in diuersis oppidis: sed quid faceremus, cum tyrones adhuc fere omnes sint, et si qui sunt qui aliquid praestare possint, ita pauci sunt, ut nec Viennae satisfacere possint. Sed Deus, spero, ita omnia disponet, ut tandem aliquid fiat. Non possum non scribere de quodam monasterio Scotorum nomine [2], quod Viennae in ciuitate est; illi cum pagos prope ciuitatem sibi subiectos habeant, audio quod quandoque sinistre agant, praesertim in administrando eucharistiae sacramento. Ferunt quidem, et de alijs pluribus monasterijs, quod monachi, praeter quam quod male uiuant, etiam diuersis erroribus sint infecti, ita ut loca sacra multum ita turpiter prophanentur. Deus misericordiarum pater extrahat

---

a quidam *supra vers.*

---

[1] Antonius Brus (de Muglitz)

[2] A saeculo XII hibernici (scoti etiam dicti) monachi monasterium Vindobonae habuerunt: quod quamvis postea in benedictinorum germanorum potestatem transierit, priscorum incolarum nomen retinuit. Eius historiam scripsit E. Hauswirth O.S.B. Cf. HEIMBUCHER: *Die Orden und Kongregationem der Katholischen Kirchen,* I, 260, 261.

tandem istas prouincias ex omnibus malis. Haec sunt R. P. quae mihi scribenti se modo offerebant. R. P. V. dignetur nostri esse memor in suis sanctis sacrificijs ac orationibus, ut eo magis Dei uoluntas in nobis expleatur. Vienna 14 die Feb. anno 61.

R. P. V. indignus filius.

CAROLUS GRIM [1].

492

P. BALDUINUS AB ANGELO

TREVERIS 16 FEBRUARII 1561 [2]

1. *Collegii primordia. Archiepiscopi et aliorum de sociis concepta expectatio. Archiep. omnia ad vitam necessaria disponere iubet. Sanctorum etiam reliquias ad sacelli ornatum præbet. Episcopi suffraganei benevolentia.* — **2-4.** *Catalogis lectionum prius per diversa loca distributis, sollemnis studiorum inauguratio habetur, in qua tres orationes recitantur. Haud exiguus auditorum numerus.* — **5-6.** *Domesticæ res. Contiones ad frequentissimum populum habentur. Religiosæ disciplinæ et linguæ studio intenditur. Vota ad fervorem augendum renovantur.* — **7.** *Faber aurarius a dæmonis vexatione liberatur. Pecunia a quadam matrona oblata reicitur.* — **8.** *Benevolentia ex sacris extra nostrorum templo factis conciliatur; parœciae tamen curam accipere recusant socii.* — **9.** *Domus ab scholis seiuncta aliquid incommodi affert, quod tempore sublatum iri speratur.*

1. ✝ Ihs. Pax Xpi. Vt expectationi qua de statu noui collegij treuerensis certior fieri fortasse desideras satisfaciamus, R.de et orseruande in Xpo. P., paucis ea referemus, quae duobus

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 390.

[2] Ex autogr. in cod. *Germ. 139*, ff. 62, 63; prius 193, 194 (206, 207). De initiis collegii trevirensis vide *Lainii Monum.* V, 333 sqq., 369 sqq. Cf. etiam HANSEN: *Rheinische Akten...* 352 sqq.; REIFFENBERG: *Historia Soc. Jesu ad Rhenum inferiorem* l. IV; DUHR: *Geschichte...* I, 95. sqq.

hisce mensibus, quibus hic viximus, ad Dei gloriam acta fuisse cognouimus. Vt igitur a nostro in hac sancta ciuitate aduentu, scribendj initium sumamus, postquam omnes (qui partim ex Italia, partim ex Flandria vocati sunt), huc incolumes venimus, singularem Dei prouidentiam erga nostram Societatem haud obscure cognouimus, qui R.mum archiepiscopum [1], abbates, canonicos ac vniuersum senatum, ita erga nos beneuolos reddidit, et ad tantam de nobis expectationem euexit, ut nostrorum opera religionis ac ciuilis facultatis statum, maximum incrementum accepturum, sibi persuasum habeant, quin et ampliora publice fatentur se a nostris [a] expectare, quam in hac labanti republica prestare possimus; affirmant enim, non solum huius ciuitatis, sed vniuerse religionis statum, pene collapsum, ad pristinam fidem et maiorum pietatem esse reuocandum. Quam bonae spei cogitationem, cum abbates et huius ciuitatis optimates, tum imprimis R.mus hic archipresul maximis beneuolentiae significationibus declarauit. Is enim cum initium familiae instituendae arduum futurum esse cognosceret, maxime si statim promissam illam pecuniarum summam annuam numeraret, magna cum liberalitate domum, quam inhabitamus, omni commoda suppellectilj instruj iussit. Patribus et fratribus vestes honestissimas tribuit, ac demum voluit ut ipsius aere [b], antequam annua pensio consignaretur, viueremus, et de omnibus nostris vsibus prouideremus. Quamobrem, ne familiae quicquam initio deesset, vinum, frumentum, boues, ac porcos ad collegium misit, quin et patrio more, in maxime charitatis testimonium, hoc profesto natiuitatis Domini aprum syluestrem nobis dedit. Nec hoc tam liberalj principj satis visum est, nisi alio quoque maximo beneficio nos afficeret; nam Domino decano confluentino, ipsius fratri ac Societatis amico singulari, iniunxit, ut libros cuilibet professionj necessarios et vtiles, emi nobis curaret, quos sane non paucos a R. P. J. Retio emptos, Colonia expectamus. Et ne domesticarum tantum rerum rationem habere videretur, adiunxit etiam aliud, coeteris beneficijs longe excellentius et illustrius; iussit enim per R.dum Dominum suffraganeum [2] nobis dari plurimas sanctorum reliquias, ad sacelli nostri ornamentum, ex

---

a *Del.* accepisse (?). — b aerae *ms.*

---

[1] Ioannes de Petra (von der Leyen).
[2] Gregorius Virneburg, episc. Azoti.

quibus 20 capita speciosissima sodalium sanctae Vrsulae magnum decorem sacrario afferunt. Duarum virginum capita, cum plurimis ossibus, proprijs nominibus notata sunt: vni nomen est Intemerentia, alteri uero Credula. His adiunctum est magnum et integrum os brachij sanctae Barbare V. et M. cum apostolorum quorumdam et plurimorum sanctorum reliquijs, quorum omnium nomina presenti hac epistola vix comprehendere possem. Iam itaque collegium hoc, istorum sanctorum omnium praecibus, aduersus omnium hostium impetum, tanquam firmissimis presidijs, munitum esse speramus. Quandoquidem vero, tempore dissentionis inter principem et ciues, has aedes nostras inhabitarunt heretici et milites, omnis pietatis hostes; quo omnis prophanationis ac violationis scrupulus ex animis nostrorum tolleretur; voluit R.^{mi} episcopi suffraganeus sacellum cum altari cerimonijs consuetis pristinae sanctitati restituere: quoque id maiori cum celebritate fieret, nobis penitus ignorantibus, venerabilem D. abbatem S.^{ti} Mathiae cum nonnullis alijs viris religiosis secum adduxit, qui cantu suo (in quo minime nos versatos cogitabat), hoc sacrum officium ornarent. Vix possem literis explicare huius R.^{di} D. suffraganei beneuolum erga nos animum, qui nullam oportunitatem preterire potest, qua nos apud omnes summis laudibus non efferat, ac pietatis et eruditionis graciam commendet; id quod cum in publicis suis ad populum concionibus, tum in sacerdotum ordinationibus facit. Idem nobis hisce diebus retulit, se in mandatis a R.^{mo} presule accepisse ut diligenter prospiceret ne quid collegio deesset, ita enim nobis affectum esse asserit R.^{mum}, ut in omnibus fere sermonibus suis familiaribus nostri mentionem cum gaudio faciat.

2. Superest nunc, Rde. in Xpo., ut studiorum nostrorum institutionem ac domesticam consuetudinem declaremus. Antequam igitur lectiones in hac academia inchoaremus, curauit R.^{mus} antistes catalogum a nostris conscriptum typis mandari, ac per ciuitates Germaniae, Galliae, et Flandriae distribui, quorum aliquot exemplaria iam Romam misimus. Illis autem catalogis huius academiae collapsae restaurationem, tempus etiam orationibus recitandis ac lectionum initio assignatum aperiebamus. Itaque 3^{0}. Februarij cum duobus subsequentibus diebus, in schola huius vniuersitatis amplissima, et honestissime ornata, in hominum maxima multitudine, a tribus professoribus orationes tres recitatae sunt; quarum prior veterum treuerensium laudes et studiorum scopum complexa est. Secunda latinae et grecae linguae commendationem: tertia vero theologiae encomia

continebat; quae omnes cum tanta compositione oris et vultus pronuntiatae sunt, vt et imperiti attentione magna intelligere viderentur, et eruditi plurimum admirarentur: nam exemplaria orationum multi abbates et canonici vehementer a nostris impetrare contenderunt [1].

3. Coeterum, ipso die, quo prima oratio recitanda erat, prima statim luce auspicij bonj gracia, solemne missae sacrificium de Spiritu Sancto, in Carmelitanorum fratrum templo decantatum est: cui officio interfuerunt rector vniuersitatis [2], illustres maioris ecclesiae canonici, praepositus, decanus, scholasticus, archidiaconus cum alijs coeterorum collegiorum canonicis; quatuor abbates ac ciuitatis consules, cum magna hominum diuersae conditionis frequentia, quorum omnium praesentia, magnam nobis leticiae et spei occasionem attulit.

4. Lectionum porro nostrarum initia publice [a] auspicati sumus 10 Februarij, cum haud exigua (ut initio fieri solet) auditorum multitudine, quorum plurimj adhuc assidui sunt, nec vulgares quidem, sed honore ecclesiastico prefulgentes, inter quos (preter suffraganeum), sedulus in theologicis lectionibus est quidam abbas cum aliquot ex suis fratribus. Speramus plures huc venturos, ubi hiemis asperitas, quae regiones has diu iam vexauit, remissa fuerit. Rumore enim ad nos perfertur multos in scholis triuialibus, temporis oportunitatem expectare, maxime vero Dusuldurpij, quae schola iam ad interitum tendit, propter moderatoris illius suspectam fidem [3].

5. Sed iam, P. obseruande, domesticae rei rationem accipe. Nos post R.[di] P. prouincialis [4] a nobis discessum (qui fuit 12 huius) in hoc collegio 12 numero reliqui sumus: inter quos est quidam adolescens P. prouincialis conterraneus, qui peracta prima probatione, in secunda iam versatur, ac coqui officio fungitur, probus admodum videtur, et ad omnia munera subeunda paratus, mediocriter etiam in humanitatis studijs est institutus.

---

[a] publicae *ms.*

---

[1] Orationes recitatae sunt a PP. Balduino ab Angelo, Aegidio Fabro et Hermanno Thyraeo. Cf. *Laini Monum.* l. c. 418.

[2] Ioannes Houstius (l. Guast von Luxemburg). HANSEN, l. c. 353; DUHR, l. c. 98.

[3] Is erat Ioannes Monheim. Cf. HANSEN, l. c. 349.

[4] P. Everardus Mercurianus, qui etiam de scholarum inauguratione scripsit. Cf. *Lainii Monum.* V, 417-419.

R.dns P. rector [1], preter domesticas occupationes, aliam quoque non paruam suscepit, qua Ecclesiasten [a] in scholis enarrat. Duo concionatores nostri P. Haermannus et P. Ionas [2] in concionandi munere diebus dominicis et sacris strennue versantur, nec paruus ex eorum concionibus speratur fructus; nam tantus est huius populj treuerensis in audiendo Dei verbo feruor, ut interdum 4000 vtriusque sexus ad ecclesiam conueniant. Hoc natiuitatis Domini festo, multi nostris confessi sunt, quin multo plures idem desiderasse conspecti sunt, si ex nostris idonei aliqui sacerdotes fuissent qui germanicum sermonem calluissent.

6. Res domesticorum ita moderantur, ut ad obseruationes constitutionum et regularum nostri institutj diligenter attendatur, et vnusquisque in commisso sibi ex obedientia munere studet non necligens inveniri: datur etiam opera, ut qui linguam ignorant, eam addiscant. Nostri omnes qui in hoc viuunt collegio, ipso die [b] purificationis Beatae Mariae Virginis, in nostro sacello, publice vota sua renouarunt, R. P. prouincialj celebrante, a quo singulj sacram eucharistiae communionem deuote perceperunt, prout fieri solet, quando scholastici approbati admittuntur. Quod ut fieret ex P. prouincialj impetrarunt nonnulli magistri quo studia inchoanda foelicius et syncerius ad Dei gloriam et proximorum vtilitatem tractarent.

7. Neque hic praeterire possum illa quae maxime ad Dei gloriam commemoranda censeo. Erat hic faber aurarius, inter plebeos non infimus, qui a demone grauiter vexatus mentis expers reddebatur; hic postquam domi suae vni ex nostris animi sui secreta aperuit, et venerabile Christi corpus in conspectu amicorum cum vxore sibi grauiter antea offensa reconciliatus [c] percepit, ita confirmatus fuit, ut pristinos vitae errores detestaretur, ac corporis valetudinem qua impotens factus erat, consequeretur. Huius exemplo commoti ciues, nostros Patres ad alios simili calamitate laborantes interdum vocant. Fuit preterea quaedam matrona honesta, quae nostris magnam pecuniarum summam pauperibus distribuendam obtulit, quam constanter recusarunt, tum quod de pecunijs illis nihil certi

---

a *Seq. v. prorsus obliteratum.* — b diae *ms.* — c *Emend. ex* reconsiliatus.

---

1 P. Antonius Vinck. Hujus iudicium de collegii incolis vide sis apud *Lainii Monum.* V, 369 sqq.

2 PP. Hermanus Thyraeus et Ionas Adler.

nobis constaret, tum maxime ne fructus ille apud multos minueretur, qui a nostris expectatur.

8. Magnam ex monialium monasterijs beneuolentiam nobis conciliamus [a], quod subinde in eorum ecclesijs sacrum missae officium celebremus, quo alioqui propter sacerdotum inopiam aegre admodum carere cogerentur. Multo tamen maiorem apud ciues gratiam iniremus, si administrationem cuiusdam celeberrimae parrochiae suscipere vellemus, quae profecto sui pulchritudine ac loci commoditate (utpote collegio proxima, et in foro medio sita) nos invitare videtur. Sed quoniam norunt ciues nos pastoralem curam non suscipere, perquam benigne nobis claues ecclesiae obtulerunt, petentes ut commoditatis nostrae ratione habita, quandoque in ea celebrare vellemus, quod cum facimus, cum magna deuotione, frequentes intersunt sacro; id quod ipsis invsitatum multo ante tempore fuit.

9. Quod vero ad habitationem nostram et gymnasij domum attinet, speramus breui futurum, ut maiori commoditate fruamur, nam cum aedes quedam cum hortis intra domum nostram et gymnasium interiectae sint, quae modo nos per publicum ad scholas prodire [b] cogunt, consulum ciuitatis opera effectum est, ut permedium hortum liber nobis ad gymnasium transitus pateat. Nec tamen diffidimus quin breui aedes has cum hortis nostro collegio R.[mus] archiepiscopus adiungere debeat. Atque haec sunt, R.[de] et obseruande in Xpo. Pater, quae de collegij treuerensis initio scribenda esse duximus, quod precationibus R. tuae aliorumque omnium Patrum et fratrum quam commendatissimum esse vehementer desideramus, ut orationibus vestris adiuuantibus, hanc Xpi. vineam, a feris pessimis pene deletam cum magna totius ecclesiae vtilitate [c] excolere valeamus. Treueris ex collegio Societatis 16 Februarij anno 1561. Ex commissione R.[di] Patris Rectoris. Reuerendae P. T. indignus filius.

Balduinus ab Angelo [1].

---

a *Emend. ex* consiliamus. — b *Seq. delet.* faciunt. — c vtitate *ms.*

---

[1] Leodiensis. Vide *Lainii Monum.* I. c. 370 et *Epist. P. Nadal*, II, 542.

493

MARTINUS HERNANDEZ

HISPALI 28 FEBRUARII 1561 [1].

1. *Sociorum numerus. Disciplina religiosa. Recens admissi in Societatem.* — **2.** *Fratrum scholasticorum exercitationes.* — **3.** *Multi cives nostrorum scholas desiderant, praesertim postquam praecipuus urbis ludimagister ab inquisitoribus comprehensus est.* — **4.** *Contiones Patrum vehementer expetuntur.* — **5-11.** *Fructuosus cuiusdam Patris in pacensem dioecesim cum generali Vicario excursus. Vicarii elogium. Quae ibi acta sunt, exponuntur.* — **12-13.** *Alii excursus per dioecesim.* — **14.** *Caritatis opera quae a sociis in urbe exercentur.*

1. ✝ Ihs. Muy R.do en X.o Padre. Pax X.i etc. Lo que a V. R. ay que hazer sauer deste collegio destos quatro meses, es que estamos al presente en él veinte y çinco: los nueue son Padres; y todos, gloria a Dios, con salud. Trauájase mucho en el aprouechamiento spiritual con mortificaçiones muchas que se hazen, en la obseruançia de las reglas, ayudándose de las continuas pláticas y conferençias spirituales, aprouechándose en la fraterna charidad, humildad y otras virtudes, en las quales les da nuestro Señor deseos de creçer y aprouechar. Anse recebido en este tiempo quatro subjetos; el vno es doctor en theulugía, de hedad de treinta años, que a començado a predicar, de buena sufiçiençia y salud. Otro es diácono, mediano latino para leer vna clase de más que menores; los otros dos son coadjutores temporales. Piden muchos la Companía, senaladamente dos saçerdotes, buenos confesores, que algunas vezes predican: entretiénense hasta estar bien saneados de su salud; algunos otros se despiden.

[1] Epistulae auctor videtur esse Ioannes Ignatius hispanus, qui in catalogo romano anni 1561, superius citato, recensetur inter metaphysicos qui etiam theologiam audiunt. Anno 1563, iam sacerdos, missus est Neapolim (*Lainii Monum.* VII, 64), unde, cum intemperanter se gereret (ibid. 166, 206), remissus est in Hispaniam (ibid. VIII, 248, 309). In catal. collegii Soriani anni 1577 (cod. *Castell. 13.* f. 211) invenitur quidam P. Ioannes Ignaçio, de quo non audemus dicere num idem sit qui huius epistulae auctor.

[2] DEUTERON. XXXII, 4.

[3] II CORINTH., II, 15.

parolle a quest' huomo, dicendogli, voi sette pescatore di pesci, et noi siamo piscatori d'huomini; ditemi vi sette voi confessato questa pascha? et lui tacceua: O, chi tace, consentire si dice. Venite, venite meco, che vi uoglio pescare; et così lui subito con gran consolatione degli circonstanti cascò nella rette, et si sta adesso confessando mentra che io sto queste linee scriuendo.

Inscriptio. Al molto R.do in Chro. P.e M.o Iacomo Laynez preposito generale della Compagnia di Iesu in Roma — In piaza degl' Altieri nella Comp.a di Iesu — Cito, Cito.

Sigilli vestigium.

In margine alia manu. Sine anno *(sic).* Lra. edificat. de cose del contado di Roma.

498

CAROLUS REGIUS

SYRACUSIS 15 APRILIS 1561 [1].

1. *Litteraria exercitia publice habentur, et in mathematicis disputationibus ab extraneo habitis, nostrorum quidam argumentatur. Contiones ad confertam multitudinem, quam templum capere non potest. Excursus P. Rectoris ad vicina oppida. Paenitentiae sacramenti fructus.* — **2.** *Opera nostrorum femina nobilis et pia monasterium sub regula Stae. Clarae erigendum curat.*

1. ✝ Pax Xpi. etc. *[Licet scribenda parva sint, ea tamen ex oboedientia scribit].* Primum igitur, in scholis consueta Societati nostrae exercitia fiunt. Nuper uero in festo D. Iosephj, cui dicatum est nostrum templum, sustinuit quidam e nostris praeceptoribus conclusiones rhetoricae artis et grammaticae, praesente magistratu ac reliquo populo; contra quas argumenta multa opposita fuere. Sequenti uero die dominica contra nos incitatus nostro exemplo, quidam externus praeceptor proposuit et ipse in summo templo ciuitatis positiones suas ex mathematicis scientijs depromptas; aduersus quas nostrorum quispiam

---

[1] Ex autogr. in cod. *Ital. 117*, ff. 177-178; prius 131.

strenue argumentatus est, cum magno astantium uirorum applausu. Hoc iam proxime elapso quadragesimae tempore habitae sunt quotidie in nostro templo conciones; diebus uero festis non solum in quadragesima, sed etiam post pascha, et conciones ante prandium habentur, et pomeridianis horis praelegitur lectio decem praeceptorum. Impletur autem nostrum templum tanta hominum multitudine, quantam non potest aliquando capere; et interdum coguntur plerique prae loci penuria discedere; adeo ut multi desiderent maxime augeri templum, quo sit capacius. Praeter autem solitas in templo nostro conciones, etiam alibi concionamur, non sine fructu et utilitate animarum, ut speramus. Noster autem P. Rector [1] profectus est nuper ad uicinas aliquot urbes, ubi nobilium uirorum confessiones audiuit, et exhortationibus usus est spiritualibus. Porro ad sacras confessiones creberrimj accedunt, et fere semper noui adduntur. Et maxima ciuitatis [a] pars in confessionibus nostros mauult, quam alios religiosos: imo alii sacerdotes aliarum religionum, si quid insit difficultatis, ad nostros remittere solent confitentes suos. Inter eos autem, qui confessi sunt peccata sua apud nos, duo fuerunt, qui licet aetate iam essent prouecti, nunquam tamen usque ad id temporis peccatorum fecerant confessionem. Sed et tres uel quatuor meretrices, quae Patribus nostri collegij conscientiam suam omnem aperuerunt, ad saniorem uiuendi modum sese receperunt, a peccatis dehinc remouentes se ipsas, quibus antea maxime deditae erant.

2. Sed illud certe non est relinquendum, quod opera nostrorum Patrum quaedam nobilis mulier, quae cum nostris semper confessa est, nouum quoddam sanctarum mulierum monasterium instituit secundum regulam S. Clarae. Pro principio autem huius monasterij, ex multis uirginibus, quae cum nostris in nostro templo per multos iam annos confiteri solitae sunt, et singulis hebdomabibus sanctissimam eucharistiam sumere, electae sunt octo, quae uitae suae, magnaeque sanctitatis indicia dederant nobis apertissima; quae cum iam a multis annis desiderassent incipi hoc monasterium, et in illud admitti, nunc tandem uoti compotes effectae, simul congregatae communiterque uitam degunt; iamque bonus odor et huius rei fama, per ciuitatem dif-

a *Emend. ex* ciuitatibus.

1 Videtur fuisse P. Ioannes Philippus Casini.

fundi coepit, praesertim quod multa huius ciuitatis monialium monasteria statutas sibi leges minime seruent. Speramus omnino fore omnibus aliis optimum exemplar. *[Rerum tenuitatem excusat et valedicit]*. XVII calendas Maij 1561. Ex mandato R. P. Rectoris.

Carolus Regius [1].

499

P. FRANCISCUS ANTONIUS

turribus 15 aprilis 1561 [2].

1. *Doctrina christiana populo in templo et in platea exponitur. Qui in carcere detinentur, et aegroti invisuntur. Pater rector per quadragesimam singulis diebus, magna auditorum frequentia, et maximo fructu contionatur.* — **2.** *Aliqui publici abusus corriguntur.* — **3.** *Cives frequentiores ad paenitentiae sacramentum accurrunt. Aliquae peccatorum conversiones exponuntur.* — **4.** *Crescit in dies apud cives bonus Societatis odor: qui multis argumentis demonstratur.*

1. ✝ Ihs. Pax Chri. etc. [*Breviter se scripturum dicit. Quatuor socii domi sunt, qui bona utuntur valetudine et perfectioni religiosae, regularumque observationi, quantum licet, student.*] Quod ad extraneos attinet, nullis vnquam parcitur laboribus ac vigilijs, ut proximos, juxta nostrae Societatis ministeria, in spiritualibus adjuvemus; sicque vnus ex nostris inceptam decalogi explicationem in nostro templo singulis dominicis diebus post prandium est prosequutus. A traditione doctrinae christianae tum in platea, tum domi nostrae, minime cessatur. Inuisuntur frequenter a nostris carceres et xenodochium, proximosque inibi detentos passim adjuuant; tum in edocendis ijs, quae ad christianam doctrinam pertinent, tum in eorum confessionibus audiendis, tum etiam eisdem de salutari remedio multoties proui-

[1] De epistolae auctore vide *Litt. Quadrim.* VI, 240.
[2] Ex autogr. in cod. *Sardin. 13*, ff. 85-86; prius 472-473.

dendo. Ab infirmis et in extremis laborantibus non raro accersuntur nostri, quo et eorum audiant confessiones, et in transitu eis aduersus daemonum insultus aliquo patrocinio esse possint. In euangelij promulgatione perpulchre suo munere fungitur Pr. Rector [1] in summo templo, maxime autem hoc quadragesimali ieiunio singulis diebus; magnus quippe continuo aderat auditorum plurimas centurias excedentium concursus, maior vero erat eorum omnium applausus, maximus denique spiritualis fructus, quem ex tali ministerio fere omnes eliciebant. Horum namque causa fuerunt robustae vires mentis et corporis, quas immensa Dei bonitas eidem Patri communicauit; exitus enim, vt aiunt, acta probant. De spirituali profecto [*sic*] nemo est qui ambigat; de corporali vero valetudine, nec ex nostris, nec ex externis vllus unquam iudicauit posse eum eiusmodi quotidianum cursum ad metam producere; idque non leuis quaedam stomachi indispositio mox in ipso congressu subsequuta, coeperat confirmare. Sed pijs (ut credi datur) plurimorum orationibus eum Deus Opt. Max. pristinae, quin et saniori valetudini restituit, et ad finem vsque conseruauit. Potissimum tamen id effectum opinor precibus cuiusdam Dei serui, qui salutem animarum valde sitiens, cum Pris. Rectoris aegritudinem audiret, vigilijs ac disciplinis Deum obnixe deprecabatur, vt quae infirmitas ipsi Patri obuentura erat, in ipsummet deprecantem conuerteretur. Exauditam credo charitatis plenam orationem, cum Pr. mox incolumitatem sentiens, ipsum per 8 vel decem dies febribus laborantem inuiseret. Sit nomen Domini benedictum.

2. Fructus autem, qui huiusmodi conciones (Dei gratia) consequuntur vberrimi, explicari vix queunt; prout ex arcanis confessionibus deprehenditur, et nonnulli sublati abusus aperte testantur: quorum vnus erat non modicum afferens animabus preiuditium, quo introductum erat antiquitus, vt si cui feminae pater vel mater, filius, maritus, frater, sororue, etc. e vita sublatus esset; huic, vulgi murmur euadere cupienti, necesse erat per integrum saltem annum domi clausis fenestris remanere. Effectum est tandem diuina ope, vt, cum publicis concionibus, tum priuatis etiam exhortationibus, huiusmodi corruptela euanuerit: et qui duos annos aliquando quasi carceris domestici sustinebat, nunc duos menses vix queat sustinere. Quae res quantum aedificationis ipsimet vulgo, alias solito oblatrare,

[1] P. Balthassar Piñas.

attulerit, nemo non videt. Vigebat et alia in hac ciuitate pestilens et quasi incurabilis plaga (prout alias T. R. P. est litteris expositum) [1] incantationum, diuinationum, aliarumque superstitionum varij generis diabolica inuentione exquisitarum; quae quidem plaga adeo omnes infecerat, tam vulgares, quam nobiles, tam doctos, quam ignorantes, vt vix crederetur esse peccatum. Denique cum huiusmodi pestiferum virus in publicis concionibus nostri saepe saepius abhominarentur [*sic*], argueretur que praelatorum incuria in eo corrigendo, effecit Dei bonitas, vt generalis vicarius populum publice (ut moris est) trinis vicibus [a] admonendum curaret, sententiam excomunicationis mox ferendam in eos qui similia exercerent, vel exerceri procurarent; qua solummodo monitione praehabita, antequam ad censurae promulgationem deueniretur (nunquam enim est deuentum), eo fuerunt omnes timore perculsi, et quadam honesta verecundia correpti, vt jam nunc nedum talia non exerceant, sed aegre ferant illarum vanitatum sibi amplius mentionem fieri. Faxit Dominus Iesus, vt quae restant adhuc publica et enormia peccata, funditus auferantur.

3. Qui hoc quadragesimali tempore apud nostros suas exonerarunt conscientias, tot ac tanti fuerunt, vt perdifficile fuerit numerum colligere, provt ex proxime missis quadrimestribus poterit deprehendi. Illud tamen nunc addam, auctum videlicet esse nobilium ac primatum numerum ad nos confluentium pro sacramentis suscipiendis, adeo vt hac vice vix vnus remanserit, qui nostris non sit confessus; auctum quoque numerum frequentantium sacramenta; auctum denique eorum omnium spiritualem profectum. Et vt particularius aliquid referam (omissis multis pecuniarum restitutionibus, multisque confessionibus diu omissis, nunc vero factis), extitit quaedam conjugata foemina, quae per 17 annos in publico concubinatu cum quodam religioso, separata tamen habitatione, perseuerauerat; adeoque lapideum cor habebat, et in peccato obstinatum, vt plane affirmaret impossibile sibi ab eo discedere, prae nimio amore quo amasium suum prosequebatur. Placuit tamen ei qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahae [2], spiritum eidem foe-

---

a trinis vicibus *supra vers.* ·*adem manu.*

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 74.

[2] Cf. MATTH. III, 9.

minae compunctionis infundere, factumque est cor ejus tanquam cera liquescens [1], et feruenti dolore sacramenta suscepit, suscipitque frequenter; et quanto carnis delitijs antea oblectabatur, tanto nunc eiusdem carnis castigationem exquisitis poenitentijs procurat. Fuit et quidam vir 30 annos natus, qui in tota vita nec poenitentiae nec eucharistiae sacramenta susceperat: is Dei lumine perfusus suamque velut brutalem vitam agnoscens ad fontem sacramentorum sitiens accurrit, lauitque peccata sua in sanguine Agni [2], sacramenta suscipiendo. Plura alia his similia Iesu Xpi. Domini nostri singulari pietate effecta possem referre, sed quia nunc memoriae non occurrunt, et ne epistolae modum excedere videar, supersedeo: qualia forent perplures inimicitiae, condonatis injurijs, nostrorum interuentu reconciliatae, et id genus alia, quae Deus in omnibus operatur: Ipsi honor et gloria.

4. Quantum autem in dies crescat bonus Societatis nostrae odor apud huiusmodi insulanos, quantamque de nostris opinionem conceptam habeant omnes, (exceptis religiosis et ecclesiasticis non parum nobis infestis) quis enarrabit? Testantur id communiter omnes ad nostros confugientes in suis laboribus, angustijs, necessitatibus ac scrupulis; adeo ut cum in aliquo dubio, siue tribulatione versantur, pro recursu ad nostros faciendo dicere soleant: « Patres istos sanctos adeamus, ad fontem nitidissimum accedamus », etc., plane communi voce vnanimiter fatentes, minimam hanc Societatem Iesu ipsius misericordia missam in hanc insulam ad reducendas oues quae perierant [3]. Testantur etiam nonnulli ex vicinis oppidis pro suscipiendo poenitentiae sacramento ad nos venientes. Testatur et id ingens desiderium quo flagrant omnes nostrarum scholarum, adeo vt et ex alio hujus insulae fine, literas receperimus certiores facti paratos plures illinc ad nostra studia, vbi primum inchoata fuerint, accessuros. Testatus hoc idem est deuotus quidam ciuis [a], qui pro huiusmodi faciliori effectu, nobis nunc concessit 30 annuos aureos [b] donatione inter viuos celebrata. Testantur insuper varij varia in nos conferentes beneficia: duos quippe calices argenteos dono dudum accepimus et varia ecclesiae or-

---

[a] *Emed. ex* ciues. — [b] *Seq. aliquod v. imperf. del.*

---

[1] Cf. Ps. XXI, 15.
[2] Cf. APOCAL. VII, 14.
[3] Cf. LUC. XV, 4 sqq.

namenta. De reliquis autem ad sustentationem necessarijs tam abunde nobis prouidet Dominus per hujus vrbis incolas, vt, vigente non modica panis ac carnis inopia, nos ex residuo nonnullas pauperum casas (collata secrete eleemosyna) sustentemus. Det illis omnibus Deus pro terrenis coelestia, et pro temporalibus sempiterna. Denique testatur illud idem maximus principum hujus insulae fauor, proregis, videlicet, totius regni visitatoris, huius turritanae prouinciae gubernatoris, aliorumque nobilium; qui omnes magnum deferunt nostrae Societati honorem, atque autoritatem, nostros saepe in arduis negotijs et alicujus momenti consulentes. Maxime tamen his diebus illustris prorex, pro reformando hujus ciuitatis xenodochio, Societatis opem innocauit, eaque aliquando usus, speramus (Dei gratia fauente) huiusmodi negotium, eum finem, qui magis ad Dei gloriam spectet, consequuturum. Dignetur pius et misericors Dominus suae gratiae nos participes facere, quatenus de nobis opinioni conceptae respondere valeamus; idque facilime (credo) concedet misericordiarum Pater sacrificijs ac precibus T. R. P. necnon et charissimorum Patrum ac fratrum, quorum suffragio indiget admodum nouum hoc collegiolum, humiliterque implorat. Vale. Turribus [1] Sardiniae 17 Kall. Maij 1561.

Ex comissione R.di P.ris Magri. Piñes Rectoris. — T. R. P. minimus et inutilis seruus in Dno.

FRANCISCUS ANTONIUS [2].

Quadrimestre de Cerdeña de 15 de Abril 1561.

500

P. EMERIUS DE BONIS

NEAPOLI 16 APRILIS 1561 [3].

P. Emerium de Bonis Lavellum contionandi causa missum, aliqui cives a contionibus habendis prohibere volunt, alium contionatorem obtendentes. Suo tamen munere fungitur per

[1] Sassari: quae urbs aliquo modo Turribus successit.

[2] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 214.

[3] Autogr. in cod. *Ital. 117*, ff. 182-187, prius 232-237. Summam huius epistulae dedit Polancus in litteris die 21 Maii 1561 ad universam Societatem (Cf. *Polanci Compl.*, I, 276-277), et Sacchinus (*Historiae Soc. Iesu*, p. II,

quadragesimam magno audientium concursu et fructu. Sacrum devote peractum ad contiones allicit. Comes de Viccaro et Prior fratrum Sti. Francisci contionatorem laudant. Lavellensis marchio eiusque uxor benevoli fiunt. Parum

---

lib. V, nn. 78-80. Integram (mutata nonnihil orthographia) edidit Tacchi Venturi in *Storia della Compagnia di Gesù in Italia*, I, 468-476 (in altera edit. I. part. II, 76-85). Ideo eam omittendam duximus. Indicamus tamen pauca loca in quibus lectio edita differt a lectione autographi. In hac collatione paginae et lineae referunt pag. et lin. secundae editionis. Utimur litteris inclinatis ut lectiones variantes facilius videantur.

Edit.	Autogr.
p. 77, l. 13. [il] Marchese	Monsignor'
p. 79 l. 33. diceva *che* mai l' haveva...	dicea *in absentia del marito: credo che Iddio benedetto ui habbia mandato quà per il marchese; et questo diceua lei perchè* mai l' hauea...
p. 79 l. 34. devotione	deuotione *et feruor'*
» » diceano tutti, e che mai frequentò...	diceuano tutti *che mai l' haueano ueduto così mutato. et questo confirmauano* che mai frequentò...
p. 80 l. 11. mi adomandò. *Avendo pensato* insieme...	mi adomandò *hauendo pranzato* insiema...
p. 80 l. 30. *se'l non* piovesse	*se ben* pioueesse
p. 82 l. 7. tanto *tempo* ho perduto	tanto *bene* ho perduto
p. 82 l. 28. di *predicare*	di *predicatore*
p. 83 l. 4. benchè *poca cosa*, perch'	benchè *pocca*, perch'
p. 83 l. 19. et *agli* altri	et à *quelli* altri
» l. 20. et alle donne	et *ancho* alle donne
» l. 25-26. con *tutta* devotione	con *tanta* deuotione
p. 83 l. 35. veder*ne*	veder*me*
p. 84 l. 4. il marchese havea tanto credito	il M. *mi* hauea tanto credito
p. 84 l. 5. *Havevano* desiderato	*Haueriano* desiderato
p. 84. l. 7. ma non *potevo*	ma non *potero*
» l. 12. *ai* suoi	*alli* suoi
» l. 15. *potessi scriverri*	*ui potesse scriuere*
p. 85 l. 10-11. Queste sono *spatiosissime; indi è* più difficile	Queste sono *spatiosissime Indie* più difficile.
p. 85 l. 12. *è* mancato il fervore in tutti. *Omnes*	*e,* mancato il feruore in tutti, *omnes*
p. 85 l. 20. D. V. R.	D. V. R. Paternità

afuit ut homini blasphemo lingua marchionis iussu transfigeretur. Aliis tamen poenis multatur. Consulitur decenti custodiae sacramenti corporis Christi. Instituitur sodalitas ad frequentiorem eucharistiae usum promovendum et ad pauperes sublevandos. Societatis nostrae desiderium apud multos excitatur. Clerici contionatoris reprehensione correcti divinam psalmodiam reverenter canere incipiunt. Unde concionatori existimatio conciliata. Marchio exulem in gratiam recipit. Humiles homines pauperem nudum, corrogatis eleemosynis, vestiunt. Nobiliores cives pro tabernaculo et custodia faciendis stipem petunt. Grana benedicta in magna veneratione habentur. Xenodochium ob Patris Emerii aegritudinem imperfectum relinquitur. Benevolentiae signa contionatori proficiscenti exhibita. Cui Episcopi vicarius laboranti et aegrotanti fraterne subvenit. Pauca de Apuliae religioso statu.

501

P. VINCENTIUS TONDA

GENUA 23 APRILIS 1561 [1].

Quae in itinere e Sicilia Genuam usque acciderint, narrat. Occasione exortae procellae nautae paenitentiae signa edunt, et mores in melius mutant.

† Molto R.do in Christo Pater. Pax X.i Essendo per ordine di V. P. partiti tutti noi quatri [2] da Sicilia per Portugallo, per di puo con la gratia del Signore passar nell'India, et per esser gionti qua in Genoua a saluamento [a], mi a parso satisfar al obligo in scriuer et auisar a V. P. di quel tanto (abenchè poco) che il Signore in questo nostro poco viagio, si è seruito di noi [b] suoi

a *Del.* par. — b *Prius* questi.

[1] Ex orig. (autogr.?) in cod. *Ital.* 117, ff. 205, 206; prius 157. Hac epistula usus est, ut videtur, Polancus. Cf. *Polanci Compl.*, I, 278-279. Aliqua tamen ibi supponuntur, quae in ea non narrantur.

[2] Scilicet epistulae auctor, Scipio Comitoli perusinus, Michaël Beltrán hispanus Valentinus, et Vincentius Cavorno salernitanus Cf. *Polanci Compl.* l. c.; Cod. *Lus. 43*, f. 147.

inutili serui nell' naue, nell' quale siamo condotti qua. Saperà V. R. P. qualmente di puo di esser per più uolte imbarcati et partiti in vna naue genouessa per Spagna, la cui gente comenciando del capitano con assai de suoi marinari et tutti ij pasagerj confessati et comunicati in Palermo, per causa di fortuna fossemo più volte ritornati in Sicilia, la onde il capitano, la cui speranza solamente era nelle orationi di quelli dell' nostra Compagnia, vedendo per tante volte esser ritornato in detta Sicilia, pensando così esser la volontà de Dio non andar in Spagna, muttò di parere, et ci aconsigliò passassimo in Genoua in vna naue grosa et ben armata nell' quale di puo di imbarcati [a] così come nel exterior dimostraua esser potente et forte per causa dell' artelleria, così anche nel interior [b] era debile et fiaca et pouera di buone opere. De tal maniera che essendo prospero il viagio, il frutto era sterile et ben sterile; però volse Iddio benedetto che tanta gente non giongesse all' pascha sensa confessarsi [c], et così il sabbato sancto ci mandò tanto vento, essendo in vn porto di Sardegna, che nisuno haueua speranza dell' sua vita; finalmente nell' detta notte ci confessorono tutti quelli casi dell' naue, et ci perdonorono molte offense, et ci fecero altri bene, che per breuità non scriuo, et ci furono confessioni di grande importanza, de molto tempo, come de 28 anni [d] et altri etc., et in persone di authorità: et anchorchè nell' naue ci herano religiosi di bona vita, tamen tutti par che haueuano deuosione a confessarci con quelli dell' Compagnia. Fu tanta finalmente la edificationj tanto di marinari, quanto di pasagerj verso quelli dell' Compagnia, che di può non sapeuano che farci incominciando del capitano dell' naue fin al minimo, in tanto che essendoci necessità in naue [e] dell' cose bisognosse al vitto, comandò alli suo spensieri ed altri officiali dell' naue che nisuna cosa ci mancasse; ed abenchè hauessemo al fratello Scipione Comitoli molto amalato, mai cosa veruna li mancò, et herano grandemente edificati in vedere che potendo senza domandare hauer ogni cosa necessaria per il corpo, voliamo esser' priuj et hauer necessità de ogni cosa. Quando in naue intramo, non ci senteua ed odiua altra cosa che biasteme. Quando di naue uscissemo, non solamente non ci biastemaua, però nè anche dicendo il vero ci juraua, però tutti laudauano Iddio; et così il laudamo noi, poichè ci degna di seruircj di tanto vili strumenti, et prae-

---

[a] *Del.* tanta era. — [b] *Videtur emend. ex* exterior. — [c] confesaci *ms.* — [d] anni *add. supra vers.* — [e] in naue *supra vers.*

cipue di me, il qualle de ogni cosa che nelli altri reprehendo, potrebbe esser ripresso, o al presente, o per il passato; et questo solo hauia di esser causa che le mie o amonicioni, o reprehensioni non haueuano di esser acceptate, et tamen il misericordioso Signore non riguarda la mia mala vita passata; ma desydera che per il aduenire mi emende, et uuole che così come hè consumato le mie forze et o posto industria in offenderlo, così anche habbia di farlo in seruirlo et amarlo et patir per il suo dolce nome. Molte altre cose scriuirebbe a V. R. P., però parte per non quella fastidiare, parte per la mia debiltà a causa di alcune febre che qua ho hautto, farò fine pregando quella ci uoglia (come altra volta o domandato) de costì mandar a tutti quatrj suoi minimi figliuoli la sua benedictione et pregar al S.re per noi siamo fideli serui come sono necessarij in quelle parte de la India. Di Genoua a 23 [a] di Aprile 1561. — D. V. R.da P. s. indegno et figliolo in Xpo.

VINC. TONDA [1].

502

BALDUINUS AB ANGELO

TREVIRIS 26 APRILIS 1561 [2].

1. *De prima et altera studiorum instauratione. Concursus ad scholas. Convictus desideratur. Lectionum catalogi longe lateque sparguntur. Regulae ad scholasticorum profectum. Litterariae exercitationes.* — **2.** *Domesticae res. Duo candidati, quorum unus sacerdos, admittuntur. P. Rector decanus facultatis theologicae eligitur.* — **3.** *Contiones cum auditorum plausu et profectu in duobus templis habentur.*

---

a *praecedit alius num. plane deletus.*

---

[1] Hispanus valentinus. Anno 1562 e Lusitania in Indiam navigavit, unde rediit anno 1570.

[2] Ex apogr. coaevo in cod. *Germ. 139*, ff. 64-67: prius 208-211 (195-198). Auctor repetit non pauca quae sunt in litteris die 16 Februarii datis. — Ea hic omittemus, lectore ad superiores litteras remisso. Vide etiam *Lainii Monum.*, V. 497 sqq.

Adhortatio ad Patres Cartusianos. Oratio de laudibus Divi Thomae Aquinatis in novi universitatis rectoris electione. — **4.** *Fructus ex paenitentiae sacramento perceptus.* — **5.** *Archiepiscopi, suffraganei et aliorum erga socios benevolentia.*

1. ✝ Pax Christi. [*Ex oboedientia scribit, quae quatuor mensibus in collegio acciderunt. - Studiorum inauguratio. Vide pag.* 164-165]. Recitata etiam sunt carmina de eadem materia per quendam ex illustri familia adolescentem, quibus multum recreati et in magnam spem excitati vniuersi fuerunt, quemadmodum ex multorum sermonibus auditum est... His ita cum totius ciuitatis letitia peractis, nostrarum facultatum lectiones publice [a] profiteri coepimus 10 Februarij, in quibus auditorum frequentiam et assiduitatem sumus mirati, maxime propter hiemis asperitatem, quae studiosis inimica esse solet. Nam in theologicis lectionibus, vix vnquam absens fuit R. D. suffraganius et D. abbas S. Martini, qui duo in hac ciuitate gratia et autoritate plurimum valent. Neque vero hac temporis iniuria cohiberi potuerunt plurimi alij in scolis triuialibus studiosi, quominus posthabitis alijs studiorum locis, Treuerim venirent, maxime autem ex scola duisseldorpensi, que inter triuiales a multo tempore celeberrima habita est, et studiosorum multitudine commendata. Hoc cum illius scole moderator [1] (qui heretice labis contagione infectus dicitur) obseruaret, ac [b] multos ex discipulis suis Treuerim venire animaduerteret, longe plures quam antea scolasticas exercitationes assumpsit, quibus tamen discipulos suos vix retinere potest. Cum autem multis persuasum sit primam apud nos curam esse vt primum bene viuendi, deinde bene studendi rationem studiosis nostris tradamus, ne scientiarum fructus morum turpitudine offendatur; fit vt multi nobiles ac clari viri vehementer nos rogent pro conuictoribus suscipiendis, neque existimo Patrem rogare desinent, donec eorum postulationi satisfiat. Caeterum quo studiosis illis fieret satis, qui post studia inchoata huc venerunt, hoc festo paschatis secundam studiorum renouationem instituimus, in qua a principio ea omnia in singulis classibus tradere coepimus, que ad curriculum artium emetiendum neces-

---

a publicae *ms.* — b ac *supra vers.*, *deleto* ad.

---

1 Vide p. 165, annot. 3

saria sunt. Quamobrem curauimus [a] denuo catalogum lectionum, quas hac aestate professuri sumus, tipis mandare, ac per celebriores ciuitates mitti, ex quo multorum expectationi satisfactum esse accepimus. Multi enim qui propter hiemis seuitiam venire non poterant, hac studiorum innouatione audita, ilico Treuerim venerunt. Nunciatum etiam nobis est Confluentiae plurimos esse sacerdotes, qui composita omni supellectili huc studiorum gratia venturi sint: quod faustum iucundumque ecclesijs Germaniae futurum speramus, quae propter sacerdotum ignorantiam vastissimis errorum tenebris circumfuse, veritatis lumen intueri non valent. Hac porro secundi catalogi promulgatione effectum est, vt Societatis nomen longe lateque diuulgatum sit, ac illis hominibus gratum esse incipiet, qui vtilitatem, quam ex Societatis Patribus vniuerse reipublicae manare sentiant, iam clara luce intueantur. Fuit autem Societatis nomen in primo catalogo suppressum certas ob causas, quibus R. archiepiscopus adductus fuit. Antequam vero studiorum hanc innouationem inchoaremus, publicum omnium auditorum examen instituimus, quo commodius pro cuiusque eruditionis conditione discipulos classibus idoneis distribuire possemus; quibus etiam regulas aliquas nostris Constitutionibus accommodatas proposuimus, ex quarum obseruatione in literis et moribus non exiguum fructum consequentur [1]. Hoc vero studiosorum examine finito, presente rectore vniuersitatis, abbate preterea S.[i] Martini, cum nonullis alijs claris ac nobilibus viris, oratio publice habita est ab vno ex studiosis adolescentibus, de diligentia in studio comparandae virtutis adhibenda. Carmina quoque ab alio nobili puero de eadem materia recitata sunt. Lectiones porro huius secunde renouationis auspicati sumus 20 Aprilis, in quibus sex professores cum magna diligentia versantur. Duo in theologia, totidem in philosophia, ac postremo alij duo in rhetorica et humanitate; ex quibus duo proxime a R. P. Prouinciali [2] huc missi sunt; quorum vnus est R. P. Maximilianus [3], theologiae licentiatus et professor, qui lectionum suarum initio assertiones

---

a *Iteratum v.* curauimus *in ms.*

---

[1] Has regulas vide ad calcem huius epistulae. Vide *Lainii Monum.* l. c. 499.

[2] P. Everardus Mercurianus.

[3] P. Maximilianus a Capella (de la Chapelle). Vide *Lainii Monum.*, V, 636, 419, 481, 497.

theologiae de Christi ac nostra satisfactione, presente rectore vniuersitatis, ac nostri archiepiscopi fratre, abbatibus quoque duobus, et alijs plurimis audientibus, cum magna commendatione defendit. Alter vero est magister coloniensis [1], qui rhetoricam profitetur. Atque haec de studiorum renouatione sufficiant.

2. Nunc, R. et obseruande Pater, rei domesticae rationem, ea qua potero breuitate et perspicuitate, perstringam. Sumus in hoc collegio 17 [a] numero, qui omnes optima mentis et corporis incolumitate affecti sunt, vti ex obedientiae studijs, in quibus diligenter incumbunt, et totius corporis constitutione licet cognoscere. Inter quos (praeter decem sacerdotes et tres fratres, qui partim ex Italia, partim ex Flandria huc missi sunt) duo ad Societatem admissi sunt, quorum [unus] [b] coqui officio a quatuor iam mensibus fungitur, et quotidianis in spiritu incrementis ita vertitur, vt in dies melior et perfectior fiat; alter vero est sacerdos et canonicus ex familia honesta, qui, abiectą canonicatus commoditate, in magna hiemis asperitate Treuerim ad Societatem venit. Hic ad omnia officia domestica subeunda ita paratus est, vt nobis multum alacritatis et edificationis adferat cum magna hilaritate. Modo sacelli nostri custodem agit. R. P. Rector [2] eo die quo nouus vniuersitatis rector electus est, theologiae facultatis decanus presentium suffragio designatus est. Idem R. Pater in re domestica administranda et scolasticis studijs dirigendis cum magna sedulitate et cura versatur. Nam res familiares ita moderatur, vt ad obseruationes Constitutionum et regularum nostri Instituti diligenter attendatur; ad quarum sedulam obseruationem excitamur per regularum expositionem, qua 6.ª feria P. Rector diligenter incumbit. Vnusquisque in officio sibi ex obedientia commisso studet non negligens inueniri. Omnes preterea, tam sacerdotes, quam layci, ipsó statim studiorum principio vota sua renouarunt, quo in officijs ab obedientia impositis alacrius et sincerius versari possent. Poenitentias etiam sibi dari humiliter petierunt.

3. Duo concionatores nostri in ecclesijs amplissimis munere suo assidue funguntur, vnus in summo et metropolitano ciuitatis templo, alter vero in ecclesia B. Mariae Virginis; qui ambo

---

a 17 *iter. supra vers., quia obscure primum exaratum.* b *Desideratur v.* unus *in ms.*

---

[1] Ioannes Herbetius. *Lainii Monum.* I. c. 498.
[2] P. Antonius Vinck.

ita grati populo existunt, vt maximus speretur fructus. Nam [a] dominicis ac festis diebus tanta solet esse populi frequentia, vt non paruam nobis admirationem adferat. Omnes vero gratos sibi esse concionatores non obscura obedientiae significatione declararunt. Etenim cum [b] die quodam concioni interessent, sciretque concionator ciuitatis populum diem illum potationibus consumere consueuisse (qui sane dies non raro sunt in Germania), in media concione eos hortari coepit, vt Spiritus sancti gratiam implorarent, qua adiuti peccata haec euitare possent. Ilico omnes (quod admiratione dignum fuit) humi prostrati cum maxima animi submissione se velle ab hoc intemperantiae vitio abstinere testati sunt. Petierunt hoc quadragesimo tempore Cartusiani Patres vti aliquis nostrum exhortationem spiritualem apud eos haberet [c]; quod eis concessum est a Patre Rectore propter morem quem a nostris Coloniae obseruatum esse affirmarent; cui exhortationi duo abbates cum nonnullis sacerdotibus honestis interfuerunt. Pronunciata est preterea oratio de laudibus D. Thome Aquinatis a quodam ex nostris fratribus, quemadmodum fieri consueuit in noui rectoris vniuersitatis delectu. Assumptus autem est in rectorem generosus dominus prepositus summi templi [1], nobis addictissimus, qui autoritate sua vniuersi[ta]tem hanc promouere et tueri poterit.

4. Neque hic vberrimus fructus, quem ex confessionibus crebris collectus est, supprimendus videtur. Hoc Natiuitatis festo inter multos qui nostris confessi sunt, tres fuerunt peregrini ex pagis ciuitati proximis, senes admodum et aetate profecti, qui, cùm a quodam ex Patribus nostris auditi fuissent, et honesto prandio recreati, ad propria sunt remissi, quod non satis accurato iudicio longiorem peregrinationem suscepisse videbantur. [*De fabri aurarii curatione. Vide pag.* 166]. Hoc ieiunij tempore magna fuit confitentium multitudo, nec ciuium tantum, sed externorum maxime [d], qui nomine Societatis audito, per magnum itineris spatium Treuerim venerunt, vt nostris quedam conscientiae arcana detegerent. Plures sane cum ingenti eorum fructu confessi fuissent, nisi propter huius idiomatis imperitiam ceteri sacerdotes prohibiti fuissent. Nec pauci quoque fuerunt, qui libros hereticorum charissimos a nobis exuri passi sunt.

---

a *Oblitt. v. in ms.* — b cum cum *ms.* — c haberent *ms.* — d maximae *ms.*

---

[1] Godefridus a Walderdorf (Wallendorf). REIFFENBERG: l. c. 87, annot.m; HANSEN, l. c. 417.

P. Andreas Walkenburgius, qui in audiendis confessionibus sedulus fuit, Popardiam his diebus missus est, vt nomine pastoris [1], qui spiritualia hic suscepturus est exercitia, agrum Domini ad tempus excolat.

5. Superest nunc, R. in Christo Pater, vt beneuolentiam, qua vniuersus hic treuerensis populus, atque in primis R. archipresul nostram Societatem prosequitur, declaremus; ex quibus cognoscere licebit quanta clementia Deus Opti. Max. res Societatis curet, administretque. A nostro igitur in hac vrbe aduentu reuerendissimus archiepiscopus, abbates, canonici et vniuersus denique Senatus ad tantam spem sunt erecti (cum prius de interitu huius reipublicae metuerent), vt nostrorum studio religionis ac ciuilis facultatis statum in pristinam pietatis formam restituendum affirment, publiceque fateantur; quam bone spei cogitationem in primis illustrissimus hic princeps plurimis beneuolentiae significationibus declarauit. [*Vide sup. pag.* 163]. Libros etiam cuilibet professioni vtiles ac necessarios emi nobis curauit, qui non minus trecentis aureis constiterunt.... Idem R. dominus [suffraganeus] his diebus iussu reuerendissimi archiepiscopi in prandio nobis adfuit, in quo ex lectione literarum quadrimestrium, quas tunc ex vrbe acceperamus, ita recreatus fuit, vt, finito prandio, eas denuo legere voluerit.... Neque hic aliorum praeclarorum virorum beneuolentiam erga nos preterire possum, qui studium promouendi hoc collegium, quod semel amplexi sunt, nouis in dies beneficijs declarant; inter quos sedulo in hoc incumbit generosus et venerabilis dominus prepositus maioris ecclesiae cum nonnullis alijs archidiaconis et canonicis. Is enim statim atque catalogos renouationis studiorum accepit, priuatum quendam nuncium in Galliam misit, cui etiam literas ad quendam clarum virum in nostram commendationem deferendas tradidit. Mirantur sane quamplurimi totius societatis statum a nostro aduentu ad tantam concordiam tranquillitatemque renouatum esse. Monasteriorum abbates multis verborum ac beneuolentiae significationibus declarare contendunt eorum religionis constitutionem [a] poene collapsam, nostro labore restituendam esse. Quamobrem assidue operam suam nobis offerunt rogantque sepius Patrem rectorem vt aliquem ex nostris ad eorum monasteria admittat, qui suos monachos ad instituti sui prelectionem[?] co-

---

a contitionem *ms. sine ullo abbrev. signo.*

---

[1] Is erat Petrus Phaë. Vide *Lainii Monum.* l. c., 500.

hortetur. Omnium librorum quibus initio studiorum egebamus, liberalissime copiam nobis fecerunt. [*De benevolentia ex sacris in aliorum templis peractis, et de aedibus. Vide pag.* 167]. Treuiris ex collegio Societatis 26 Aprilis anno 1561. Ex commissione Patris Rectoris.

Balduinus ab Angelo [1]

Desideratur inscriptio.
Alia manu in marg. Treuer. 26 Aprilis 1561.

502 bis

REGULAE SCHOLASTICORUM TREVIRENSIUM [2].

1. Ad bonum studiosorum et Vniuersitatis statum pertinere videtur vt quilibet studiosus lectiones frequentare volens, examinj studiorum prefecti se subijciat, ab eoque inscribi postulet, ex cuius arbitrio eas audiet lectiones, quae ei praescriptae fuerint, ac habitationis domum indicabunt, etiam quando ex eis ad alias migrabunt.

2. Determinato a preceptore tempore Rectorem Vniuersitatis conueniet, et ab eo matriculae ascribatur, quo preuilegijs et prerogatiuis gaudere possit.

3. Diebus singulis missae sacrificio intersint, ac feriatis diebus sacras conciones in Ecclesia et explicationem Euangelij in scholis audient, et reliqua pietatis et religionis christianae exercitia suo tempore adimplebunt.

4. Nulla iuramenta, nec iniurias, aut rixas vel quid inhonestum aut dissolutum in scholis et extra scholas exercebunt.

---

[1] Vide p. 167, annot. 1.

[2] Ex apogr. coaevo in cod. *Germ. 142*, f. 253; prius 196 (182a) Has regulas significat P. Vinck in epist. die 27 Aprilis 1561 data, cum dicit se illarum apographum Romam mittere. Easdem elegantiore stilo effert Sacchinus (*Histor. Soc. Jesu*, part. II, l. V, n. 173), ex quo eas mutuatus est Reiffenberg (*Histor. Soc. Jesu ad Rhenum inferiorem*, lib. IV, cap. III). Qui tamen auctores falluntur, dum scribunt has regulas affixas esse in prima studiorum instauratione, cum ex litteris quadrimestribus et ex Patris Vinckii epistula appareat eas in altera affixas. Iuvabit eas cum praescriptis, quae habentur in *Constitutionibus Soc. Iesu*, part. IV, cap. 16 et 17 conferre.

5. Cum armis, et militarj aut indecoro habitu ad scholas nullus accedat.

6. Ordinem studiorum a preceptore praescriptum diligenter obseruabunt, neque a lectionibus aut disputationibus se absentabunt, aut post pulsum venient, nisi preceptoris venia prius impetrata.

7. Diebus dominicis et festis, hora statuta declamantem latine, aut graece audient.

8. Ecclesiae praelatos ac coeteros viros honestos, debita reuerentia prosequentur.

9. Catalogum librorum quos habent, praeceptorj ostendent, ne libris vtantur nisi vtilioribus.

10. Qui in premissis negligentes fuerint, mulcta pecuniaria afficientur, aut alia pro arbitrio Rectoris, quae conseruabuntur a discipulo a praeceptore designato in vsum ipsorum auditorum, vti ipsis praeceptoribus et Rectori collegij visum fuerit.

Ement cathecismum caesa. Maiest. et ediscent [1].

A tergo. ✝ Hec auditoribus postquam examinati sunt, obseruanda proponuntur.

Alia manu. 1561. Treuere. Regole per li scholari.

503

MICHAEL GARCIA

VALENTIA 26 APRILIS 1561 [2].

1. *Cives frequentes ad sacramenta suscipienda accurrunt.* — **2.** *Sociorum numerus. Complures in Societatem admissi; quos inter sacerdos doctrina et virtute clarus.*

1. ✝ Muy R.^{do} en Chro. P.^{e} Pax Christi etc. [*Communibus rebus relictis, specialia scribet. Socii bona fruuntur valetudine.*] Estos días passados vino vn julibeo, y assí en el julibeo como en la quaresma, a venido tanta gente a confessar a nuestro collegio, que bien claro muestra toda la ciudad el gran crédito

[1] Intelligitur catechismus a P. Petro Canisio compositus.

[2] Ex autogr. in cod. *Hisp. 98*, f. 148: prius 361. Praecedit exemplum latinum in ff. 146, 147.

de la Compañía y de los confessores de ella. Entre año freqüentan muchos los sacramentos en nuestro collegio. De los grandes males que por confessiones que han oído los Padres se han remediado, y de los grandes prouechos que se han [a] seguido de esto al bien común de la ciudad, y de la grande admiración que muchos de la ciudad an tenido de ver remediados muchos males, del remedio de los quales estauan desconfiados, no me pareció escreuir en particular, por ser tantos, que fuera diffícil cossa escreuirlos.

2. Todos los Padres y hermanos de este collegio son 22. Padres ay 7; dos de ellos predican freqüentemente en diuersos templos de la ciudad, y agora se enseñará la doctrina christiana, haziendo en cassa pláticas de ella. Entre los hermanos ay 4 theólogos, y 3 artistas. Estos 4º messes se han reçebido 6; todos buenos subiectos en fuerças, erudiçión y virtud, entre ellos vn sacerdote docto y muy exemplar. Muchos an quedado espantados de su entrada, y otros con su exemplo se han mouido a dessear y pedir la Compañía, porque su prudencia en aconseiar próximos, y su caridad en fauoresçerlos, y la sancta vida quo hazía, estaua en lengua de toda la ciudad; y con auer estado toda su vida apartado de ser religioso, el día del glorioso sanct Ignacio, teniendo el sanctíssimo sacramento en las manos, le dió desseo de ser de la Compañía, y luego lo puso por obra: Dios nuestro Señor dé perseuerancia en lo començado [1] [*Preces postulat.*]

De Valençia a 26 de Abril año de 1561. Indigno hijo y sieruo de V. P.

GARÇÍA [2].

---

a ha *ms.*

---

[1] Fuit is P. Petrus Gascón ex oppido Saviñán, Societatem ingressus die 2 Februarii 1561. De eo late agit ALVAREZ, in Historia ms. Prov. Aragoniae S. I. lib. IV, cap. 30.

[2] In catalogo coll. valentini, qui ex contextu apparet scriptus exeunte anno 1561 (cod. *Aragon. 15*, f. 59) de eo dicitur: « El herº. Miguel García, de nación castellano, natural de Uillanueua de la Xara, obispado de Cuenca, es de edad de 25 años. Entró en la Compañía en Valencia ha 3 años. Es buen latino. Oye al presente artes y señálase mucho en ellas; tiene capacidad para todas letras, así por tener buen juizio, como por ser de claro ingenio. Está bien aprouechado en las uirtudes; es afficionado a oración etc »... Cum his concordant responsa ad interrogationes Patris Nadal (IV, 272).

504

P. PETRUS NAVARRO

GRANATA 29 APRILIS 1561 [1].

1. *Sociorum numerus. Valetudo. Tironum exercitationes. Novarum aedium exstructio. Philosophica et theologica studia.* — **2.** *Fidei rudimenta tum carcere inclusis, tum mauris neochristianis, tum vulgo promiscue per plateas traduntur.* — **3.** *Contiones in diversis templis urbis habentur.* — **4-5.** *Frequens ac frugifer ad sacramenta concursus, immani praesertim terrae concussione animos territante. Feminarum virorumque conversionum exempla.*

1. † Ihs. Muy R.do en Chro. P.e N. — Pax Christi etc. Las cosas que se ofreçen escreuir de este collegio a V. P. de estos 4º meses son estas: Estamos en esta casa y en el Albaizín 47, y bien de salud corporal: gloria al Señor. Los de la probaçión se ocupan en ofiçios bajos, ayunos y disçiplinas y otras mortificaçiones, y en la guarda de las reglas; en lo qual todo aprouechan medianamente, y esperamos en el S.or que aprouecharán más quando estemos en nuestra casa [2], que será para el fin de este Agosto que viene, placiendo a el S.or, por la commodidad mayor que haurá para estar distinctos los nouiçios de los que no lo son. Los estudiantes, artistas y theólogos, continúan sus estudios con mediano aprouechamiento en ellos, y edificaçión de los estudiantes con quien tratan; tienen tanbién sus conclusiones en casa, y uienen a ellas sus condisçípulos; en lo qual tanbién se aprouechan los vnos y los otros.

---

[1] Ex origin. in cod. *Hisp. 96*, ff. 87, 88; prius 489. Exemplum hispanum anni notatione caret, et inter epist. anni 1558 collocatum est. Alia manus scripsit initio: « Dopo l'anno 1559 »; et tertia, in fine: « sine anno ». In cod. *Hisp. 98*, ff. 154a, 155, exstant duo exempla latina huius epistulae, sine auctoris nomine, sed in quibus annus clare exprimitur. In primo: « Granatae tertio Callendas Mayii anno nati seruatoris nostri 1561 »; in altero... « anno nati dñi. nostri seruatoris 1561 ». Est etiam Coloniae apogr. latinum datum 29 Apr. 1561.

[2] Cf. *Litt. Quadrim.*, VI, 130 (n. 10).

2. Pláticas de la doctrina se han hecho ordinariamente los domingos a los presos de la cárçel de la çiudad y de la chançillería; y juntamente con la refectión spiritual toman la corporal, que los deuotos les hazen, y les dan tanbién rosarios; y los presos dan los naypes con que juegan, que ellos [a] mesmos ofresçen de su uoluntad. Tanbién se ha començado a dezir a los moriscos presos la doctrina christiana en aráuigo, y se continuará con el fauor del S.or, y vno de los hermanos que aprenden el aráuigo, les ha començado a enseñar la doctrina, como tengo dicho. Tanbién otro P.e va las fiestas a vna plaça, y llega a los que están en ella, y les haze vna breue plática, y de allí los lleua diziendo la doctrina a vna yglesia donde les haze plática de la mesma doctrina.

3. En esta quaresma salieron algunos a predicar fuera de la çiudad a vna hermita de S. Lázaro, a la qual yuan los viernes hombres y mugeres en tanta cantidad, que en el domingo de Lázaro [1] fueron 3, y predicaua cada vno en su puesto, y aun toda la gente no podía bien oyr. Lo que en estas salidas se pretendía, fué estoruar las ocasiones que auían de ofensas de Dios, y lo otro despertallos del sueño de sus vanidades, y tratasen de seruir a el Señor. Otros 3 Padres, fuera de los dichos, han predicado en diuersas parrochias de la çiudad. El P.e maestro Baptista, en 3 parrochias; el P.e Rector en dos o tres yglesias; y el P.e maestro Albotodo, por las parrochias de los moriscos; y aunque en los sermones de los dos se ha sentido fruto en las almas y moçión y mudança de vida; pero en los sermones del P.e Albotodo se ha notado mucho la atençión con que los moriscos le oyen, y moçión y lágrimas de algunos a quien el S.or despierta por él.

4. Por auernos proueydo el S.or de copia de confesores, a [b] sido mucha más la mies de estos 4º meses, que en otros tiempos, que no auía tantos. Ha hauido muy muchas confesiones generales, y muy particular fruto en ellas, y perseuerançia en la frequençia de los sacramentos; y la causa de esto a sido los

---

[a] ellos *supra vers., deleto, ut videtur, eodem v.* — [b] *Emend. ex* ha.

---

[1] Sic etiam in exempl. latin. « ...quo feriis sextis tanta hominum ac mulierum copia confluebat, vt diui Lazari dominico die... ». Evangelium vero de Lazari resurrectione legitur feria sexta post dominicam quartam quadragesimae, seu biduo ante dominicam passionis.

temblores de tierra grandes y muchos que a auido, tanto que la gente se salía a los campos y plaças a dormir de noche temiéndose de que las casas los auían de tomar debajo; y para que los cogiese la muerte aperçebidos confesauan, como digo, generalmente y a menudo.

5. De las muchas cosas particulares que se han ofreçido de edificaçión diré algunas para que de ellas se collijan las demás. Vn hombre mouido de una plática que hauía oído a vn P.e de los nuestros, se vino tras él y su compañero, diziendo que auía 4º, o çinco años que no confesaua, y estaua apartado de su muger, y que lo confesasen; y se confesó y determinó de boluer con su muger y dexó el grande odio que contra ella tenía, y hizo gran mudança de vida. Otro que en 50 años no se auía confesado bien, después que oyó a vn P.e de los nuestros vna plática, vino hincándose de rrodillas y diziendo que era gran pecador, y que se quería confesar con él, y se confesó generalmente. Otro que auía 5, o seys años que biuía en grandes pecados, que auía ya llegado en desesperaçión de alcançar perdón dellos, oyendo que oyó vna plática a un P.e, se vino tras él, y contándole lo que pasaua se confesó con él, y conuertió con gran mudança de vida. Otro que biuió muy distraydo toda su uida, se recogió tanto después que se confesó con los nuestros, que dió muy buen exemplo a los que antes auía scandalizado con su mala vida. Otro auía ansí mesmo biuido muy desconcertado, y se confesó generalmente, y después de auer perseuerado en freqüentar los sacramentos, le dió el Señor deseos biuos de servirle con perfectión, y para hacerlo se metió en religión. Otro a este tono se metió en la Cartuxa. Otro hombre casado auía 8 ó diez años que tenía por mançeba a otra casada, cuyo marido estaua absente; y era su ceguedad tal que se leuantaua de con su muger y se yua a estar con la mançeba, y no auía quien le persuadiese a que la [a] dexase dos o tres [b] días; y se confesó en casa generalmente, y nunca más a buelto a élla, y se confiesa de en 8 en 8 días, y a traído a otros a confesar, poco menos perdidos que él, y anda muy feruoroso y alegre, y biue muy contento con su muger, llorando sus pecados pasados, pidiendo a el S.or perdón de ellos. Otro auía más de 20 años que a sabiendas no confesaua vn pecado, y vino a casa y confesó muy bien. Otro auía más de 40 años que no confesaua a derechas, y el S.or le dió tanto conoscimiento, que se con-

---

[a] la *supra vers.* — [b] tres *supra vers., deleto* 8.

3. Vt autem de concionibus, quae octauo quoque die et fraequentius subinde in summo templo a R.^{do} P. D. Henrico Dionysio fiunt, aliquid dicam, tanta est in ijs hominum fraequentia vt plerique non vereantur affirmare plures interesse, quam hominum quatuor milia. Nam cum non euangelium modo, sed etiam catechismum explicet, omnes accurrunt, et ad illius explicationem quodam studio feruntur, qua non parum imbecillium animi (quorum longe maximum numerum in his Germaniae

---

[1] P. Hemerolus (Homerolus, Emerulus, Dachverlies) ortus erat in urbe Buscoducis (Bois-le-Duc; 's Hertogenbosch); die 28 Iulii adhuc in patria versabatur; sub finem vero mensis Augusti iam Colonia Moguntiam missus est. Cf. HANSEN, l. c., 395, annot. 4; 399, annot. 2.

locis reperies) confirmantur. Singulis enim fere de rebus catholice audiunt, quae passim haeretici, aut dubia faciunt, aut portenta hominum acclamant. Hinc [a] auide admodum ac studiose catholici audiunt, tum quod multis retro saeculis nihil tale audierint, tum quod fides quam sumus a parentibus maioribusque edoctj non sint anilia quaedam et stulta hominum, vt haeretici mentiuntur, commenta. Idem Pater in scholis nostris de passione Dominj contionem die ipso palmarum in quartam vsque horam diduxit, quam putamus non fructum exiguum tulisse auditoribus.

4. Hoc praeterea quadrimestri septem in Societatem praeclarj adolescentes admissi sunt, quorum tres sunt leodienses, egregia forma et indole. Et in ijs quidem vnus, cum a parentibus ad negotia causasque forenses esset admotus, coepissetque ab ijs exhorrescere, ex magno salutis discrimine, in quo id hominum genus versatur plurimum, iamque expeteret Christi potius vestigijs pauper insistere, quam in causis tractandis rebusque forensibus versari, clam a parentibus sese subducens, huc profugit tanquam ad quoddam suae salutis asylum, et ad extremam post naufragium tabulam. At vbi parentes eius studij, et cuius in Societatem esset animj, tandem ab eo factj sunt conscij, vocationi nullo pacto repugnarunt. Ad culinae ministerium primum admissus est, in qua vili et sordida veste indutus, tanta animi submissione atque diligentia suo perfunctus est officio, vt insigne suae indolis specimen nobis reliquerit, quod et ad Societatis munia obeunda sit futurus idoneus, et ecclesiae Dei quandoque vtilis et accommodus. Annos forte natus est 19, aut 20 ad summum. Alter est nobilibus ortus parentibus, inter fratres natu maximus, ad quem, si saeculum fuisset amplexus, paterno et patrio iure quidam dominatus deuoluebatur. Hic annum 22 excessit, vt opinor; militiam iuuenis primum secutus est; post cuiusdam abbatis, tum nobilis, tum opibus affluentis, factus est oeconomus. Quem demum vbi vitae saecularis tederet, ad Societatem animum adiecit, et postquam non nihil rhetoricae studuisset, in Societatem adoptatus est. Verum parentibus, qui Leodij commorantur, dum animi sui propensionem, cum ad religionem, tum vel maxime ad Societatis institutum aperiret, ita eos suo sermone commouit, vt lachrymis profusi, summam ei libertatem fecerint Christum insequendi, et eo se nomine

---

a *Del.* enim.

solari et gaudere plurimum testati sunt, quod Societatem esset ingressurus. Neque hic ea in re conquiescit; fratrem post exactis aliquot mensibus ad se euocat, qu[o]cum [a] ita religiose vixit, vt dum in Germaniam cum quibusdam mitteretur (quorum postea meminero), frater iunior seniorem a se distrahi atque diuelli non passus, Monachium vna congressus est; idque factum est, vti confidimus, accepta a Deo Opt. Max. prius benedictione, et angelo etiam comite: iuuenis enim est, cuius indoles praeclara nobis visa est. Tertius, vt forma est egregia, ita animo est praestanti, natus annos 17. Speramus illum aliquando non parua praestiturum. Nam animi candor, et corporis forma, nescio quae nobis magnifica de illo polliceantur. Duo superioribus diebus adolescentes Moguntia ad nos a Patre Iodoco [1] adducti sunt, qui nunc cum humilitate et alacritate culinae inseruiunt, postmodum literis operam daturj, vt Germaniae, magna praecipitia minantj, opem ferant. Sextus est quidam adolescens animo et corpori venustus. Hic cum multis mensibus non quiesceret, nisi in Societatem esset admissus, tandem ea illi ratione factus est liber ingressus, modo parentibus id fieret conscijs. Quod vbi intellexit, nihil cunctatus, mox in patriam festino quodam gressu se rapuit, a patre facultatem impetraturus. Pater quidem id primum aegrius tulit, vt fere solent omnes principio parentes esse difficiles, quod ab ijs non tam malo, aut iniquo animo, quam Societatis instituti ignoratione fierj existimo. Coeterum, vbi et viuendi Societatis rationem, et quo eiusdem conatus et studium ferretur, a filio audiuisset, petitioni annuit perlibenter, ea porro lege, vt Leodium proficisceretur, obtenturus etiam a suo auunculo veniam, qui iam pluribus eum literis Colonia exciuerat, vt aliquo beneficio ecclesiastico donaretur. Hic patris dicto audiens, Leodium petit, auunculo animi sui desideria retegit. Sed vbi eum difficilem animaduerteret, et iam se esse deducendum (sic auunculo crebris sermonibus hortante, et quodammodo impellente) ad quemdam virum illustrem, a quo beneficio ecclesiastico donandus erat, clauculum ab eius aspectu se subducens, Coloniam redit. Quod vt ab eo factum praeclare audiuimus, ita in Societatem admissus est. Is partim officijs domesticis, partim rhetoricae et graecae linguae incumbit. Annum iam 18 excessit.

---

a *Consumpta charta.*

---

[1] P. Iodocus Carcineus (Carcaeneus). Cf. *Lainii Monum.*, V, 483.

Septimus demum quidam anglus est, sacerdos et artium magister, qui se propter haeresim in Anglia grassantem longius [a], et saeuientem grauius, in has partes importari iussit. Vir est sua lingua disertus, in philosophia mediocriter versatus, quam in oxoniensi academia aliquo tempore professus est, et in sacris literis quaedam iecisse initia videtur [1].

5. Verno tempore missi sunt plerique, partim in Germaniam, tum superiorem, tum inferiorem; partim etiam in Vrbem. Tornacum quidem vnus e sacerdotibus, artium magister hoc anno effectus, ad confessiones audiendas missus est [2], qui non modo ad id futurus est vtilis, sed etiam ad multa alia Societatis offitia, ad quae illum natura propensum aduertimus; duo Louanium, R. Pr. D. Nicolaus Gaudanus cum fratre vno valetudinis seruandae gratia; Treueros tres, quorum duo sunt artium magistrj, tertius vero logicus [3]; Monachium quinque in quibus unus [b] artium erat magister, reliqui adolescentes sunt, humanioribus literis operam daturj, qui eam ob rem a R. Pre. D. Theodorico Canysio fuerunt expetiti; tres demum in Vrbem profecti sunt; vnus M. Petrus Coloniensis; secundus, anglus sacerdos; tertius, adolescens, qui primum logicae studuit, deinde factus est culinae administer [4].

6. R. Pr. Ioannes Rhetius, nostri collegij rector, adiuncto sibi ex fratribus nostris comite et socio Moguntiam profectus est, pluribus a R.dissimo archiepiscopo moguntino [5] literis excitus

---

a *Iteratum, sed del.* longius, et. — b unus *supra vers.*

---

[1] De quo plura scribit P. Mercurianus in epistula die 16 Aprilis data. (Cf. *Lainii Monum.* V, 486-87), nomen vero omittit. Romam cum duobus aliis sociis (de quibus paulo inferius) ineunte Iulio pervenit (*ibid.* 601-602). In cod. *Rom. 78b* n°. 21 exstat catalogus sociorum qui in Urbem venerunt, aut ex Urbe alio missi sunt aestate et autumno 1561. Hic sub numero 21 recensetur « Il P.e Thomas Inglese che uenne di Colonia ». Videtur esse P. Thomas King (Kinge) de quo agitur in *Epist. P. Nadal*, II, 587-88: et apud FOLEY *(Records of the English Province of the Society of Jesus)*, vol. VII, Part the first (London, 1882) pag. 419; Part the second (London, 1883), p. 1437-38.

[2] P. Henricus a Quercu. Cf. HANSEN, l. c. 396, annot. 1.

[3] Iuxta Hansen, l. c. p. 394, annot. 2, hi fuerunt M. Iodocus Septi, M. Petrus Michael et Iacob Müntz.

[4] Praeter sacerdotem anglum, de quo supra in annot. 4 diximus, nominantur in *Lainii Monum.*, V, 601-602, Petrus Coloniensis, seu Petrus Hauptius, et Petrus leodiensis, quem ex his quae P. Braunsberger *(B. P. Canisii Epist.* III, 358) collegit, apparet esse P. Bracherium.

[5] Daniel Brendel de Homburg.

vt domum instruat futuro Societatis collegio, et aduenturis Roma fratribus, et pluribus, quorum operam flagranti studio boni omnes expetunt.

7. Quid autem singuli, qui apud nos sunt reliqui, profiteantur, item quibus offitijs occupentur, qui vocentur, et ad quae videntur munia obeunda accommodj, alijs literis, quae cum his perferuntur, sigillatim R. Pr. D. Leonardus scribet [1].

8. Praeter fratres, conuictores nobis commorantur 52 [a], in quibus quamplurimi sunt genere nobiles; plures autem multo ad collegium commigrarent, nisi loci angustia nos premeret. Nam statim atque discedit quispiam, non tam discedere [b], quam alteri cedere videtur. Post festum paschae pro huius scholae consuetudine studia instaurauimus, quo non parum ad studia studiosi inflammatj sunt. Quae porro lectiones in singulis classibus praelegantur, et qui praeceptores profiteantur, R. Pr. Leonardus seorsim cum catalogo expressit, qui vna cum his literis mittitur [2]. Discipulorum autem, si T. R. P. quaerat numerum, physici sunt 25, logici 32, rhetores 52, poetae seu humanistae 96, grammatici superiores 110, grammatici denique rudes et inferiores 160; quos si in summam contrahas, futuri sunt vniuersi 475. Tanta his quatuor mensibus facta est discipulorum accessio, vt non meminerim me maiorem hic aut vidisse vnquam, aut audiuisse. Comperio enim rectoris catalogo 112 hoc quadrimestri ascriptos. Omnes gnauiter tum in pietate, tum in literis ac philosophia instituuntur. Confessi sunt a Februario singuli quinquies sacerdotibus nostris ad id constitutis, qui in ijs audiendis quatriduum [c] fuerunt occupatj, in quibus plurimi fuerunt qui non sola confessione contenti ad sanctissimae etiam eucharistiae sumptionem accesserunt. Nullus dies neque dominicus, neque festus praetermittitur, quin aliquis aut carmine, aut prosa, aut vtroque genere, in omnium discipulorum et magistrorum conuentu declamet. Vix etiam vlla vnquam

---

a 52 *supra vers.* — b discere *ms.* — c *Emend. ex* quadriduum.

---

1 Has litteras invenire non valuimus.

2 Hic Catalogus lectionum et praeceptorum editus est simul cum aliis catal. antiquis a P. Duhr apud *Mitteilungen der Gesellschaft für deutsche Erziehungs - und Schulgeschichte* (Jahrgang VIII [1898], Heft, 2-3, S. 130-146) sub titulo : « Die ältesten Studienpläne des Jesuitengymnasiums in Köln ». Aliud exemplum huic simillimum invenitur in cod. *Germ. 142*, f. 223; prius, 171 (154).

recurrit B. Virginis Mariae festiuitas, aut aliquis festus dies celebrior, quin parietes ad id apparati carminibus graecis et latinis onerentur. Sed de fratribus, conuictoribus et discipulis hactenus.

9. Nunc quae sunt reliqua breuiter expediam, ne diutius quam par sit, T. R. P. detineam. Paulo ante festum paschae huc appulit R.mus suae Sanctitatis Nuntius vna cum legato caesareo, et R. P. D. Lamberto [1]; cuius R.mi aduentus, vt reipublicae fuit gratus, ita nobis non parum vtilis. Nam, vt Societatem hic promoueret, magnam semper operam posuit. Et in primis quidem cum ad se venisset episcopus Osnaburgensis [2], vir et genere clarus, et doctrina illustris, adeo de erigendo Societati collegio [a] cum ipso egit, vt is se id facturum non modo reciperet, sed etiam affirmaret se daleros 500 in promptu habere pro primis collegij initijs ac censibus, et interim se despecturum, vt commoda domus iuuenum institutionj apparetur. Cum autem ad R.simum archiepiscopum Coloniensem [3] se contulisset, ita cum eo de nobis est locutus, vt is se deinceps nobis de aede aliqua sacra prospecturum illi affirmaret. Apud consules etiam et reipublicae coloniensis senatores, cum esset in prandio, post multa de Societate encomia, dixit illos [*sic*] se nescire qualem et quantum in sua ciuitate habeant thesaurum, quem tandem agnoscerent, vbi templum nobis donarint ad Societatis functiones libere obeundas. Praeterea voluit sua etiam praesentia nostrum collegium cohonestare, in quod, postquam esset scholamque aliquam ingressus, finita breui quadam oratione a puero pronunciata memoriter, is ad nostram domesticam iuuentutem sermonem habuit, hortans eos, vt ecclesiae sua studia consecrarent, quam viderent hoc tempore haereticorum telis grauiter impetitam. Ante tamen nostros fratres adierat in sacello ipsum praestolantes, apud quem cum de loci angustijs quereremur; imo, inquit, angustus est locus, quem ita Dominus hoc summo

---

a collegio *supra vers.*

---

[1] Indicantur hic Ioannes Franciscus Commendone, Gaspar von Schönaich et P. Lambertus Auer. Plura invenies apud Hansen, l. c. n° 265 (p. 385 sqq.) Cf. etiam *Lainii Monum.* V, 433, 487.

[2] Ioannes de Hoya. Collegii tamen fundatio ad effectum perducta non est nisi anno 1625. Cf. Duhr: *Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge.* Zweiter Band, Erster Teil (Freiburg i. B. 1913), p. 84 sqq.

[3] Ioannes Gebhard.

iuuenum Societatem ingressorum delectu [a] auget, et ornat. Maxima nos semper, quanto hic fuit tempore, amoris significatione priuatim et publice est prosecutus. Et ne hoc silentio praeteream, cum R.mus noster archiepiscopus ad suam Dominationem duo plaustra vini misisset, mox altero voluit nos et ornare et nostram inopiam leuare. Pauperem quoque apud nos alit adolescentem, quem cupit Germaniae esse subsidio, quod eum foelicius praestiturum existimat, si Societatis instituto sese addixerit, in quam maxime, si nobis vtilis fuerit, cupit ingredj. Multa sunt quidem et praeclara huius viri monumenta et facinora egregia, quae spero longo tempore suspiciet tota [b] Germania.

10. Scripsit superioribus etiam diebus episcopus numburgensis [1] ad R. P. rectorem id sibi gratiae a nostris concedi expetens, vt adolescentes quos suae destinabit ecclesiae, velimus in contubernium et conuictores admittere. Vir autem tanta humanitate praeditus, et non mediocri eruditione ornatus, vt facile ab eo nobis collegium polliceamur.

11. Prodijt his diebus quidam libellus haereticus germanico idiomate scriptus [2], qui eo videtur institutus, vt Societatis famam proscinderet, eamque in odium apud vulgus traheret; verum dum rem expendimus, plus laudis et gloriae nobis tribuit, quam velimus agnoscere. Nos etenim, et colonienses maxime, ecclesiae romanae columen vocat, nosque esse praedicat authores, quod papistica adhuc religio in orbe cohaereat ac retineatur.

Haec sunt, R.de in Christo Pr., quorum T. R. Paternitatem consciam esse voluimus. Praecamur autem obnixe singulj, vt cum fructu vberiorj in vinea Dominj versari possimus, vestrae imprimis P. ita etiam fratrum ac Patrum precibus et sacrificijs iuuemur. Coloniae 1561, 4 Junij — T. R. P. filius indignus.

HENRICUS SOMALIUS [3].

Desideratur inscriptio.

---

a *Emend. ex* delectat. — b tota *supra vers.*

---

[1] Iulius Pflug, quo mortuo, anno 1564, cessavit ille episcopatus. EUBEL, III, 279.

[2] De hoc libello vide sis quae habentur apud HANSEN, l. c. n° 268 (p. 391), et BRAUNSBERGER, l. c. III, 813.

[3] Vide *Litt. Quadrim.*, V, 141, annot. 1.

537

PROSPER MALAVOLTA

PATAVIO 10 IUNII 1561 [1].

Licet res parvae sint, eas tamen ex mandato scribit. — Socii, viginti quinque numero, ad religiosam perfectionem alacres tendunt, oboedientiae praesertim operam dantes, adhortationibus Patris rectoris, et identidem Patris Provincialis animati. — Iuvenis in Societatem admissus; alios admittendos speratur. — Scholae consueto modo procedunt. Magistri bona apud cives existimatione gaudent. Domus a publicis scholis nimis distans impedit quominus scholastici qui utrasque scholas frequentare vellent, ad nostras accedant. — Solita erga proximos ministeria exercentur. — P. Rector evangelium secundum Matthaeum populo exponit. Societatis fautores numero crescunt. Speratur fore ut hortus muro concludi possit.

Pax X.[i] [*Licet res parvae sint, ex oboedientia scribit*]. Qua adunque siamo 25, i nomi et ufficij de quali per comandamento di quella in questo indice, che qua si li manda, sono contenuti [2]. Tutti, la Iddio gratia, non meno con prospera salute del corpo, che con diligente desiderio in dar opera a quel tanto che la raggion de l' instituto nostro richiede, si trouano...

Ne la Compagnia entrò a li giorni passati uno de scholari de le nostre schole, il quale hora con rara humilità et ubidienza dà saggio del buon proposito suo nel refetorio, ministrando a li fratelli, a quali excita non piccola espettatione di sè...

Li mastri, che qua sonno 3, (laudato Iddio) con ogni laude exercitano l' ufficio et charico loro, i quali non solo a li scholarj, ma a molti graui et dotti huominj, che per diporto uengono alcuna uolta a sentirli, satisfanno molto; et sapiamo che una uolta il publico dottor de la rhetorica in non poco numero

---

[1] Exstat origin. in cod. *Venet. 100*, ff. 88-89; prius 186-187. Sequitur exemplum latinum in ff. 90-91. Res in epist. contentae nimis generaliter enarrantur; ideo praeter summam pauca tantum damus.

[2] Hunc indicem non invenimus.

de nobili auditorj hauer l' ingnegno del professor nostro ne la istessa facultà, il modo di dire, et la facilità nel insegnare, molto et laudato et esortato li suoi discepoli a uenirlo a udire. Ciò nientedimeno molti sprezano, poichè (come per relatione d' alcuni s'è inteso) la nostra casa è troppo remota, et a pena niuno dà opera a tal scienza, et quelli che l' odono, poichè non la studiano sola, per più ageuolezza et comodità loro acciò d'una facultà possino passar al'altra, più tosto la uogliono intendere nel gymnasio publico.

Da la disciplina de li altrj doi maestrj e fama peruulgata uscir li disceputi et più dotti et migliorj di qualsiuogli altra; per il che, essendo li autorj da loro sì ueramente et dottamente interpretatj, et continuandosi le lettioni de la dottrina, et exercitationi de tali ufficij di pietà christiana, tanta è la multitudine de quelli che qua menano li figliuoli suoj per essere amaestratj, che [pare] questa casa quasi una botega di grande expettatione, belle uirtù et optime lettere...

Cresce ogni giorno più in questa città la uecchia estimatione et autorità de la nostra Compagnia, et si aumenta ogn'hora il numero deli amici nobili et potentj, con la beniuolenza et liberalità de quali, essendo che s'è hauuto da la casa di Venetia bona quantità de danarj, se si riceueranno anchor li cento scudi del R. P. Paulo Candij, potremo ageuolmente quest'anno serar il giardino con l'altro pezzo di muro per tal effetto [a] manca...

Di Padoua a li 10 di Giugno 1561.

D. V. R. indegno seruo et filio.

PROSPER MALAUOLTA [1].

Inscriptio : Per la prouintia di Thoscana.

---

a affetto *ms.*

---

[1] Vide p. 40, annot. 2.

538

P. LUCIUS CRUCIUS

MONTALTO 12 IUNII 1561 [1].

De haereticorum punitione in urbe Montalto, et de iis quae PP. Crucius et I. Xavierre ad illos cum catholica ecclesia reconciliandos egerunt. Consilia in posterum.

✠ Pax X.[i] Non habiamo scritto più presto per non hauer auta comodità. Arriuassimo in Cosenza la domenica [2] tutti sani, doue stessimo un solo giorno, et non trouando il vicerrè [3] in Cosenza, mi parse con parer de altri ch' il P. Sciauer andasse a trouar il uicerè, il quale staua in Moltalto, 12 miglia discosto de quì, et portasse le littere del sig.or uicerè di Napoli [4]. Subito arriuato, fo receuto con molte carezze, et adomandanno [*sic*] del compagno, li disse ch' restaua in Cosenza. Subito mi mandò una littera pregandome ch' al alba la matina sequente con Monsig.or suffraganeo [5] mi trouasse in Montalto. Arriuato, mi fece molte carezze, pregandoci ch' uolessemo aiutare questi poueri homini acciò moressero cattolicamente. Andassimo nel castello, doue il P. Sciauer et io li facessimo alcune exortationi. Piacque al Sig.or ch' tutti questi ch' sonno stati sententiati mentre siamo stati quì, si sonno ridotti; et dopoi li habiamo confessati et accopagnatili al supplitio uno per uno, forno tutti scannati et squartati; oltra de quelli che prima forno abrusciati, et

[1] Ex autogr. in cod. *Ital. 117,* f. 286; prius 41. In *Archivio Storico italiano,* IX (1846), p. 193-195 editae sunt tres epistulae anonymae datae ex Montalto diebus 5, 11 et 12 Iunii 1561, quae agunt de eadem haereticorum punitione. In enumerandis his de quibus poena capta est, satis cum hac et sequenti concordant. De tota hac re cf. inter alios Sacchinum: *Histor. Soc. Iesu* part. II, lib. V, n. 81-82; Balan: *Storia d'Italia,* (Ed. 2a Modena 1896), VII, 20-21: Amabile: *Il Santo Offizio della Inquisizione in Napoli* (Vol. 1), 233-257. Ex quibus solus Sacchinus has nostras litteras novit.

[2] Dies 8 Iunii. PP. L. Crucius et Ioann. Xavierre Roma disceserant die 25 Maii, ut habetur in cod. *Rom. 78.b* f. 18.v Vide sis in *Epist. P. Salmeronis,* I, 457, litteras quibus eos Polancus commendat die 24 Maii datas.

[3] Ut ex sequenti epistola satis apparet, erat is marchio de Bucchianico, Narinus Caracciolo.

[4] Petrus Afán de Ribera, marchio de Alcalá.

[5] Episcopus Iesinensis, ut dicitur in sequenti epistola. Episcopus vero Cusentinus erat Thaddaeus de Gaddis, S. R. E. cardinalis.

altri precipitati de una torre della altezza della nostra torre rossa [1]; altri li quali non si uolsero rendere, forno amazzati nella campagna [a]. Il numero delli presi tra donne et homini [b], me dicono che passono mille et secento, delli quali sonno stati sententiati cento cinquanta, delli quali hieri ne morsero octanta et octo, li quali tutti sonno stati redotti et confessati da noi. Quello che più uolte ci diceuano li pouerettj, era che si fossemo arriuati doi mesi auanti, non se uederebbeno in quelli termini, et se hauessero hauto per il passato chi li hauesse instrutti, non se serrebeno lasciati sedure così facilmente. Subito che questi siano expediti, facciamo conto di andare a Cosenza doue sonno tutte le donne et putti, doue procuraremo de aiutarli con quelli meglior modi che sapremo; ma pensamo non fermarci molto in Cosenza perchè per quel poco che habiamo uisto et per quel che tutti ci dicano, è terra molto mal sana, et sono pochi li anni che non ci sia una spetie di contagione doue more molta gente, la quale è già incominciata. Per questo rispetto la corte del vicerè fa conto non accostarsi questa estate. Monsig.or suffrageneo ci ha detto che dopo alcuni giorni che serremo stati in Cosenza uole uisitare [c] la diocese et desidera grandemente menarci seco, spetialmente acciò predicamo in certi castelli doue c'è suspitione de heresia. L' habiamo detto che farremo quel tanto che sua Sig.ria R.ma ci commandarà. Altro non dico, parte per non hauer tempo, mala penna et pegio inchiostro; como habbiamo più tempo, procuraremo scriuere più minutamente le cose successe et quelle che succederanno. Nelle orationi di V. P. et de tutti li altri Padri et fratelli molto ci racommandamo, et [d] che preghino per queste pouere anime, le quali stanno in grandissima necessità. Di Montalto alli 12 di Iunio 1561. Di V. P. indignus filius.

LUTIUS CRUCIUS [2].

---

[a] compagna *ms. Sequit. delet.* et perche il P. Sciauer scriue piu copiosamente, no conto in particulare del numero. — [b] homini *supra vers., deleto* poueri. — [c] *Del.* el Arce *imperf.* — [d] et *supra vers.*

---

[1] Turris domus romanae Societatis Iesu, quae amplius non exstat.

[2] De hoc legimus in catalogo domus venetae ineunte Ianuario 1564: « Il R. P. D. Lucio Croce da Tiuoli nostro soprastante intrò in Roma nel mese di 7bre. l' anno 1549. Era giouane quando intrò di età di anni 16, o, 17 nella Compa. Ha fatto sua professione nell'anno 1560 alli 15 de Agosto nella festa dell'Assup. della Mada. È ben conosciuto da tutti li superiori di Roma etc. » (In cod. *Inform. antiquae,* n. 101; prius 300). De difficultatibus, quae eius in Societatem ingressum subsequutae sunt, agit Polancus in *Chron.* II, 16.

539

P. IO. XAVIERRE P. SALMERON

MONTALTO 12 IUNII 1561 [1].

1. *Cum sociis Consentiam sanus pervenit. A vicario cardinalis de Gaddis peramanter excipiuntur. Inde Montaltum proficiscitur, quo socii paulo post eum sequuntur.* — **2.** *Morti damnatos tota nocte consolari nituntur, et peccata confessos absolvunt; tum iugulandos P. Crucius ad horrendi supplicii locum assiduo levamine comitatur. — De collegio Societatis Consentiae fundando. — Poenae remissio a prorege impetranda ducibus et Patribus videtur; orphanisque pueris providendum.*

1. ✝ Ihs. Muy R.do in X.o P. Pax X.i Ayer con la estafeta que se partió, escreuí a V. R. no más de lo que el tiempo me concedió, contentándome con que V. R. supiesse nuestra llegada, pensando de hacello más largamente el domingo, con el percacho. Todavía diziéndonos el S.r Marqués que escriuiéssemos, que siempre hauría estafeta, por esta breuemente diré lo que se offreze. Y por comenzar de nosotros, digo que el P. Lucio, Dominico y yo estamos muy buenos, gracias a Dios nuestro Señor. Llegamos a Cosenza el domingo [2] a las 24 oras, y por no tener lugar el Deán de Cosenza para recogernos, y el factor del Cardenal estar fuera, nos estuuimos aquella noche en la hostería. El otro día viniéndonos a buscar el Dean [a] pareció al P. Lucio y al Deán que yo deuía venir a Montalto adonde [b] el S.r Marqués por respeto de los pressos estaua. Los cuales con las mugeres llegauan [c] al número de 1600. Después de comer fuimos a visitar a Mons.r de Lesina [3], vicario del Cardenal de Gadi, el

---

[a] *Del.* les; *pro quo add. supra vers.* al P. Lucio y al deán. — [b] *Script. supra vers. et del.* estaua. — [c] llegaual *ms.*

---

[1] Ex autogr. in cod. *Ital. 117*, ff. 288-289; prius 42. Vide epist. praec.
[2] Dies 8 Iunii.
[3] Episcopus lesinensis erat tunc Horatius Graecus. (EUBEL, III, 240).

qual nos recibió con muy grande alegría, que ya hauía sabido de nuestra llegada. Haze con nosotros cosas que para lo poco que ha estamos aquí, y que conosce la Compañía, parecen increybles. Me contentaré por aora con dezir que adonde nosotros ymos, dize que quiere ir; y en effeto lo haze. Dize más: que hauía imbiado a pedir licentia al Cardenal para irse: pero que aora que nosotros hemos venido, aunque el Cardenal se la diesse, no se irá [a] hasta que nosotros nos vamos. Dize más: que quiere visitar todo este arçobispado, que son más de 90, ó, 100 [b] casales, con nosotros [c]. Pareçió también al mesmo Mons.or que yo deuía venir a ver lo que el S.r Marqués mandaua, y que si era menester, que scriuiesse al P. Lucio, que luego vendría. Pero quiso que viesse antes las mugeres y niños y niñas presas, que creo pasauan de seiscientas, que no poca compasión nos dieron. Creo, cierto, ques es de las cosas grandes que espero ver, aunque será mayor aora por hauer hallado otras dozientas. Visto esto, yo me partí con vn hombre, criado del Deán, dexando al P. Lucio (por no ser venido el fator) en casa de vna S.a tía suya, vna de las más principales S.as y rica de Cosenza, a grande importunación del Señor Camilo Sarzala, marido desta S.a; el qual no quiso salir de la hostería hasta que yo tuuiesse caualgadura, y la ropa huuiesse imbiado a su casa, y que el P. Lucio fuesse coñ él. Yo me partí lunes para Montalto adonde del S.r Marqués fui con muchas caricias y mucho contento recibido, y no menos, antes por conoscerme el S.r Escanio Caráchulo, y ser deuoto de nuestro P. y de V. R. y de la Compagnía, mostró mayor contentamiento. Lo mismo hizieron estos señores, y en particular el S.r Auditor Varón, sobrino del S.r Rigente Albertino, el qual nos [d] hizo muchos offrecimientos. Pareció el S.r Marqués que para la justitia que aquí se hauía de hazer, no solamente uiniesse el Padre Lucio, mas juntamente con él Mons.r el Vicario y así luego despachó vno con cartas. La del P. Lucio contenía estas palabras: R.do S.or: Con mia gran sodesfatione ho inteso la venuta de V. S. Sarà contenta per l'amore del S.r Iddio, et per far gratia a me, domatina per tempo esser qua col S.r Vicario, al quale scriuo, et così aspetando con desiderio anche a V. S. mi raccomando di cuore. Di Montalto a 9 di Giugno. 61. Al comando di V. R., il Marqs. di Buchianico.

---

a no se irá *supra vers.* — b ó 100 *supra vers.* — c con nosotros *in marg.* — d nos *supra vers.*

2. Venidos Mons.r el obispo y el P. Lucio, y con muchas cariçias el P. Lucio recebido, porque se speraua que se haría la justitia aquella tarde, que era el martes, después de hauer después de comer reposado vn poco, nos fuimos al castillo a confessar. Pareciendo al P. Fray Valerio [1], ques aquí comissario [a] (el qual juntamente nos ha hecho muchos offrecimientos y mostrado allegrarse con nuestra venida), que confessássemos algunos que a él parecía hauer mayor necessidad de ayuda, los demás imbiaron a S.to Domingo (a donde, según me dixo oy vn frayle dellos, ay quinze sacerdotes) y a S. Fran.co de Paula; de manera que a las 23 oras se hallaron confessados en vna yglesia 60 personas, sin seis que nosotros confessamos en el castillo, y por ser tarde, diffiriéndose la justitia al miércoles, estuuimos con los dichos sesenta conortándolos toda la noche, hauiéndoles hecho, por mandado del S.r Marqués, como fueron todos confessados, vna essortación, con la qual demostraron mucha consolación, y tanto aquella tarde, come aquella noche, dizían muchas vezes: « o P., si fuérades venidos antes, mucho nos huuiérades ayudado ». El miércoles se començó aquí a hazer la justicia, confessándose otros 22, ó 23: de manera que con los que fuera lleuaron, fueron el nº. de 88 personas, y treze se hauían justiciado, y otros 50 muertos: serán todos hasta ciento y cinqüenta. Ay sin estos quasi 157, cosa cierto de gran consideración. El P. Lucio aquí a los que degollauan confortaua con gran caridad, y el mesmo día confessó algunos. Ha sido la justicia tal y tan rigurosa, que no solo pondrá espanto a los desta tierra, mas aun a donde quiera que se oyere. Si con esta no van los artículos que estos pobretes tenían, con lo demás que se hauía de escreuir en ésta los imbiaré con el primero [2]. No diré por esta más de que ay gran dispositión de hazer colegio en Cosenza, por tener el P. Lucio los parientes tan principales, y hauerse ya hablado otra vez, y determinado se hiziesse [3]. V. R. con el P. don Cristóbal [4], y todos essos Padres

---

[a] *Del.* en este.

---

[1] Secundum Amabile l. c. hic erat Fr. Valerius Malvicino O. P.

[2] Haec non vidimus.

[3] De collegio Societatis Iesu Consentiae fundando agebatur mense Iulio 1560 (Cf. *Epist. P. Salmeronis,* I, 384); sed res nondum perfecta erat, nec nisi multis post annis ad effectum deducta.

[4] P. Christophorus de Mendoza collegii neapolitani rector.

y hermanos nos tengan por muy encomendados. El P. Lucio y yo muy particularmente a V. R. nos encomendamos.

En esta ora nos imbió a llamar el S.r Marqués, porque viéssemos vno que hauían tomado, que cada hora (como hay tassa) se toman. Oy, después de comer, tomar[on] [a] otro, que era entre ellos de los [b] más principales.

Creo que se holgarían acá si V. R. alcançasse de su Ex.ia alguna remissión; que si an de morir, siendo con los muertos mil y seiscientos o más, es gran cosa. V. R. haga lo que en el Señor juzgare ser más su seruicio, y a mí esta caridad de demostrar ésta a Mons.re mio Samano y al S.r dottor Castillo; a los quales no escriuo [c]. — De Montalto a 12 de Junio de 1561 — D. V. R. menor sieruo.

JOAN XAUIERRE [1].

Porque el P. Lucio escriue breue a nuestro P., y desear dar éstas al S.r Marqués, porque nos ha demandado si hauíamos escrito, V. R. nos hará esta caridad de imbiar ésta a N. P. A las orationes y S.tos Sacrificios de su R. y del P. Madrid, P. Polanco, P. Estrada y de todos los P. y hermanos nos húmilmente encomendamos.

Porque estos S.res demostraron se holgarían nosotros hiziéssemos ésto, se escriue a su Ex.ia [2] pidiendo misericordia con personas principalmente [de las que] [d] no se puede esperar mal; y que se diesse orden para que los niños y niñas que

---

[a] *Del.* vno. — [b] de los *supra vers., del. in textu iisdem vv. male scriptis.* — [c] *Emend. ex* a los quales escriuo breuem.te. — [d] *Haec tria verba ad faciliorem textus intelligentiam addimus.*

---

[1] Quaedam personalia de epistulae auctore inveniuntur in tribus catalogis collegii patavini [cod. *Inform. Antiquae*, nn. 49 (381v). 50 (380), 52 (382)], quorum primus et tertius anni notatione carent, alter est mensis Augusti 1564; et in catal. domus romanae anni 1574. Ex quibus colligitur P. Io. Xavierre natum esse circa annum 1522 in oppido Daroca dioecesis caesaraugustanae, in Hispania; et ingressum esse Societatem anno 1557. De eius vocatione agit Polancus in *Chron.* VI, 142. Eius cognomen varie scribitur; saepe Xavier. Sed nihil est cur ab auctoris scriptione recedamus; praesertim cum non unum Aragoniae oppidum ita appelletur.

[2] Intellige proregem neapolitanum Perafán de Ribera. Has litteras non vidimus, neque quem successum habuerint proprie novimus. Vide tamen inferius quae dicuntur in epistula die 25 Iunii data.

son en muy gran número, tengan algún remedio y sean enseñados. Acá no sé si esto haurá; pero está ay Santa María de Loreto [1]. Obra es [a] ésta, a mi parecer, de grandiss.ª importantia, porque creo llegan al número de [b].

Inscriptio. — Al muy R.do P. mío en Jesu X.º el P. Alfonso Salmerón Provincial del Reyno [de Nápoles]. Nápoles.

540

P. IOANNES GARCIA

GANDIA 13 IUNII 1561 [2].

Cuncta prospere procedunt. Contionum fructus. Peccatorum conversiones. Fratres doctrina christiana pueros instituunt. Unus e nostris theologiae doctor, alter artium magister creatur. Mox artium cursus praelegetur.

✝ Ihs. Muy R.do P. nuestro — Pax X.i — Lo que en esta quadrimestre ay que hazer saber a V. P. de las cosas deste collegio es, que por la bondad de nuestro Señor vam prósperamente. Todos los Padres y hermanos están buenos de salud, y de cada día les crece el deseo de yr adelante en el diuino servicio, como se vee por experiencia en las públicas y secretas penitencias que hazen, y desean hazer, pidiéndolas amenudo. Ay en todos gram pax interior y exterior, y entrañable amor vnos con otros. Los Padres entiendem en confesar y comulgar y predicar, ansí en nuestra iglesia, como en la mayor deste pueblo. En lo qual se vee bien el fructo que se haze de cada día, apartándose muchos de grandes peccados; entre los quales vna muger que muchos años avía estaua en torpe peccado mortal, y no sólo se a apartado dél, pero ase recogido tanto, que freqüenta mu-

---

a es *supra vers.* — b *Sic, spatio vacuo relicto.*

---

[1] Domus pueris et puellis orphanis sublevandis, quam anno 1537 Ioannes de Tapia sacerdos hispanus, corrogatis eleemosynis, fundarat. Cf. Sigismondo (Giuseppe): *Descrizione della città di Napoli e suoi Borghi,* III (1789), 201.

[2] Ex origin. in cod. *Hisp. 98,* f. 238: prius 338.

cho los sacramentos, y tiene ordinarias tres horas de oratión cada día; donde se manifiesta bien el toque de nuestro Señor, porque siempre que se confiesa muestra gran señal de contrición derramando lágrimas en abundantia. Otra muger avía hartos años que estaua con vn hombre públicamente, avnque con aparente matrimonio: confesóse con vn Padre, y apartóse del peccado, y el honbre se absentó, y ella procede muy bien en diuino seruicio: gloria al Señor por todo. Otras muchas cosas semejantes questas se podrían escreuir, y déxanse por no ser prolijo. Los hermanos enseñan la doctrina christiana a los ninos deste lugar, y agora se a ordenado que vm Padre entienda en predicarla a niños y a mayores. Estos días se graduaron dos Padres de los nuestros; vno en doctor en theología, y otro en maestro en artes. Mostraron sus letras y habilidad tam bien, que dieron mucho contentamiento a los nuestros y a los de fuera. Este mes de Agosto primero, leerá vm P.e las artes, y se juntarán a oyrle algunos de los nuestros, y otros de fuera que oyen aquí agora latinidad. Nuestro Señor se sirua de todo, y nos guarde a V. P. para que por medio de sus ruegos passen sus indignos hijos adelante en el diuino amor. De Gandía a XIII de Junio de 1561. — Indigno hijo y sieruo de V. P.

GARCÍA [1].

Fol 238.v Quadrimestra del collegio de Gandía.

541

P. LAURENTIUS SCORZINI

TUSCULO 16 IUNII 1561 [2].

Tusculani frequentiores iam ad sacramenta accedunt, et nostris peccata confiteri malunt. Monita clericis data. Benevolentiae signa a Priore coenobii cryptoferratensis, a cardinali Aragoniae, a Rmo. domino Rufino edita. Frater Ordinis Praedicatorum nostros pro contione valde commendat. — Quid fieri possit cum pueris.

---

[1] Cf. *Litt. Quadrim.*, V, 796.
[2] Ex autogr. in cod. *Ital. 117*, ff. 297-298; prius 109.

Molto R.do in X.po P. Pax X.pi — Poce cose sono che potrò auisare de nostri fatti, le quali mosso dalla solita obedientia dirò. Quanto alle comunioni dal Natale fino a hoggi, rara festa è stata che nella nostra chiesa non siano comunicati quando poci, et quando assai, secondo il loco; et se molti restano, è per li negotij delle biade; et a questi par hora miracolo che tre uolte l'anno si confessano assai, perchè inanzi credo che poci si confessauano ogni anno al suo tempo, come i medesimi publicamente dicono; onde spero per l'auenire si uada in meglo. Tutti quasi della terra hanno cominciato a confessarsi con noi altri, et quelli che restano, è per non potere sodisfare a tuttj nella quaresima, nella quale io et il R.do P. Niccolò fiandrese [1] confessassimo circa a 500 persone, cominciando io a confessare la seconda settimana di quaresima fino al giouedì santo, oue non potei più per il mio mal del stomaco che mi acresce, pur nelle feste di pasqua ne spedì alcuni altri; et come ho inteso da più persone, dicono che mai hebbono più satisfatione nel confessarsi che coi nostri, onde quando alcuno s'amala, son chiamato a confessarlo et esortarlo: et alcune persone che stauano assai male, uennero così amalate a la nostra chiesa a confessarsi per sua deuotione, il che li dissi non mi parer bene per il pericolo che ne potea succedere. Poci si confessano con i proprij curati, et di qui è che il peso uiene a noi [a]. Fui auisato da certe persone da bene che io amonissi i tali curati che facessino l'officio suo in più cose [b], come doueano; il che fatto al suo tempo, si hanno da poco in qua cominciato [c] a confesare con meco. Ho dato alcuni buoni auisi al R.do Prior di S. Basilio et a i suoi monaci [2], il qual si suol confessar meco, quando io uo al suo loco, et ama molto i nostri et li acarezza, quando uanno lì a ricrearsi. Il cardinal d'Aragona [3]

---

a *Del.* et. — b in più cose *supra vers. eadem manu.* — c *Prius* cominciati.

---

[1] Ex iis quae de illo dicuntur in *Epist. P. Salmeronis*, 1, 302, et ex eius responsis ad interrogationes Patris Nadal (IV, 303), constat illum esse dionantensem (Dinant), ingressum Societatem anno 1551. Familiae nomen omittitur.

[2] Intellige monachos vicinae abbatiae Cryptae Ferratae (Grotta Ferrata), cui praeerat tunc temporis Iacobus Sicilianus. Cf. Sciommari: *Note ed osservazioni istoriche spettanti all'insigne Badia di Grotta-Ferrata...* 114.

[3] Inicus de Avalos, cardinalis renuntiatus die 26 Februarii 1561. Eubel, III, 41, 43, 91.

che stette quì circa a quatro dì, molte carezze mi fece, quando lo uisitai, con abracciarmi et far assai proferte, et poi uenne con assai humilità nella nostra pouera casa con tutta la sua corte, monstrando buono amore allj locj nostri. Il R.mo Mons.or Ruffino [1] mi fa carezze assai, et specialmente dopo che mi mandò a chiamar per confessarssi, che spero sempre si farà qualche bene. Li nepoti del cardinal di Montepulciano [2], et altri [a] suoi fin che stanno quì a recrearsi, si confessano e comunicansi con molto contento. Questi della terra par che siano assai amici da la quaresima in qua, et massimo con certi maleuoli, i [b] qualj il R.do P. della Minerua che predicò quì, li riprese bene, et nelle sue prediche ci racomandò molto. Io et altri spesso tiriamo alle confessioni di questi homini grossi dandoli dotrine a chi sa leggere, et corone et così a questi figlolini della città, se ben non nostri scolari, i quali se fossero, si faria gran fatto, perchè tutti sariano nostri, et par che nella loro scola io non possi far alcuno frutto per il maestro che non si contenta con timore che non li sia leuata. In casa quei poci di fratelli che ci sono, si portano bene in tutte le cose. All'orationi di V. R.da P.a sempre mi racomando, et Dio nel suo prossimo uiaggio la conserui.

Di Frascati alli 16 di Giugno 1561 — Di V. R.da P.a sempre minimo in X.po seruo.

LORENZO SCORZINJ [3].

---

a altri *supra vers.* — b *Emend. ex* ai.

---

[1] Intelligi videtur Alexander Rufini, episcopus melfiensis (coadiutor cum iure successionis) ab anno 1548; S. S. cubicularius secretus, et dominus villae « Rufina » (dictae post « Falconieri »). EUBEL, l. c. 258; G. BIASIOTTI e G. TOMASSETTI: *Tusculana* (Roma, 1912), 39-40.

[2] Cardinalis politianus erat Ioannes Riccius a die 20 Novembris 1551.

[3] Vide, sis, quae de illo dicuntur in *Epist. P. Salmeronis*, I, 300. Anno 1567 ob afflictam valetudinem licentiam a Sto. Francisco de Borja habuit vivendi extra domos Societatis cum obligatione iterum redeundi, si sanitatem recuperaret, ut constat ex eius autographo in cod. *Vota simplicia*.

542

P. ANTONIUS DE TORRES

segovia 23 iunii 1561 [1].

1. *Sociorum numerus et valetudo.* — 2. *Mors P. Alfonsi Cardona, hospitis.* — 3. *Sacramentorum frequens usus. Caritatis opera erga eos, qui in carcere detinentur.* — 4. *P. Rectoris contiones.* — 5. *Scholasticorum mores.* — 6. *Urbis confessarii a P. Rectore, episcopi rogatu, examinantur.*

1. ✝ Ihs. Muy R.do P.e nro. en Christo. Pax Christi etc. *[Scribit ex consuetudine].* Somos por todos diez, çinco Padres y otros tantos hermanos; todos, bendito sea nuestro Señor, sanos, avnque a la entrada del verano ubo algunas terçianas, mas todas muy ligeras, y que ninguna duró ocho días.

2. La pascua de resurrectión fué seruido nuestro Señor dárnosla mezclada de dolor y alegría, lleuando para sí al P.e Cardona [2], rector que era de la casa del Villar [3], el qual llegó aquí de camino el miércoles antes de la dominica in passione. Auíale dado vn día antes que llegasse vn dolor de costado, lento al pareçer, mas que al fin le acabó, avnque fué curado con toda la diligençia, regalo y charidad que nos fué possible. Murió el segundo día de pascua [4] a las diez del día; fué lleuado el mesmo día en la tarde ha enterrar en vn atahud en hombros de dos Padres y dos hermanos, a vna parochia çerca de nuestro collegio. La pompa fué mui mo'erada, pareçiéndole así cumplir al P.e Rector al diuino seruiçio, que no quiso que se dilatasse el entierro, ni se diesse parte sino algunos deuotos, personas principales, para atajar la occassión de murmurar a los poco beneuolos a la Compañía, que en menores cosas paran. Hízose el offiçio mui cumplidamente por el cura y clérigos de la parrochia; y antes fué menester irles a la mano, porque no exçediesen. Edificónos

[1] Ex autogr., ut videtur, in cod. *Hisp. 98*, ff. 246, 247; prius 280. Est etiam exemplum latinum in f. 245.

[2] P. Alfonsus Cardona. Cf. *Litt. Quadrim.*, VI, 234.

[3] Ibid. 675, annot. 3.

[4] 7 Aprilis.

el bendito Padre en toda su enfermedad con su mucha paçientia y obedientia, que era tanta, que en algunas agonías en que le venían grandes temores, diziéndole el P.e Rector que no temiese, dezía que se lo mandase en obediençia, y quedaba con aquello grandemente consolado. Fué siempre grande el deseo que tubo (siendo la voluntad de Dios nuestro Señor) de morir. Fuénos materia de consuelo y de alegría tener quasi certidumbre de que nuestro Señor Dios le lleuaba a gozar de sí, porque le agradaba, y porque la maliçia del mundo no le peruirtiese; y no con menos verdad se pueden dezir dél las palabras que ha estas preçeden; conuiene a saber: que en breue tiempo negoçió bien con nuestro Señor [1]. Con este vibo exemplo se animaron los de casa al trabajo que a los fieles ministros en la viña del Señor se les offreçe, viendo que el premio dél no se libra muy a la larga. Y ansí todos, bendito sea nuestro Señor Jesu Christo, proçeden adelante en el camino del diuino seruiçio, sacrificando cada vno al Señor su voluntad y quereres; para consecuçión de lo qual, se suelen ayudar de los remedios ordinarios de penitençias, mortificaçiones, guarda de las reglas y demás cosas que a esto ayudan.

3. Las confessiones y communiones se continúan y freqüentan con mucho aprobechamiento de las almas, especialmente el jubileo pasado [2] fué grande el concurso que hubo de penitentes. Padre ay que tiene ordinarias cada mes docientas personas de confessión, sin los estudiantes, lo qual es mucho para esta çiudad, donde tan poco [a] se corría esta mercaduría. Ansí mesmo se acude freqüentemente a ayudar los que están en el tránsito y enfermos, a hazer paçes y otros semejantes ministerios. Demás desto se ha acudido a la cárçel a dezir la doctrina christiana las fiestas y confessar; y el día de pascua de Espíritu Sancto fué allá vn Padre, que les dixo missa, y les [b] comulgó, auiendo antes cumplido con el mandamiento de la Iglesia; y quando se canta la doctrina, responden todos de qualquier condiçión que sean, que cierto nos consuela mucho. La doctrina christiana se canta todas las fiestas por las calles con gran concurso de niños.

---

a tampoco *ms.* — b *Del.* dixo.

---

[1] Cf. SAP. IV, 11 sqq.
[2] Iubilaeum pro felici exitu concilii tridentini.

4. El P.e Rector ha proçedido siempre con sus sermones con gran satisfaçión del pueblo y aprobechamiento de muchas almas. Predicó esta quaresma los viernes alternatim con otro Padre de la orden de S. Francisco en la iglesia mayor, y otros días en las tres más principales parochias deste pueblo.

5. Los estudios de humanidad van prósperamente creçiendo en número de estudiantes, los quales se aprobechan en letras y costumbres, y dan en todas partes buen exemplo de sí. Algunos dellos piden la Compañía, los quales al presente, por justos respectos, no se admiten. Visitaban esta quaresma los sábados el hospital, y seruían a los pobres con gran alegría suya y consuelo dellos.

6. El R.mo señor obispo [1], el qual se espera que entrará en esta çiudad esta semana, que hasta aquí no ha entrado, se quiso esta quaresma començar a ayudar de los de la Compañía, y assí embió a rogar al Padre Rector, se quisiese encargar de examinar los clérigos que hubiessen de confesar por las parochias de la çiudad, lo qual se hizo ansí con toda la satisfaçión que fué possible. *[Preces postulat ac valedicit]*. De Segouia y de Junio a XXIII de mil y quinientos y sesenta y vn años.

Por commissión del P.e Santander, rector. D. V. P. sieruo indigno en el Señor nuestro.

† Antonio de Torres † [2].

543

P. IOANNES XAVIERRE

MONTALTO 25 IUNII 1561 [3].

1. *De P. Crucii aegrotatione. De marchionis de Bucchianico humanitate in Patres.* — **2.** *Qui haereticis nuper in custodiam datis Ecclesiae reconciliandis instant.* — **3.** *Reliquorum supplicium usque ad archiepiscopi rheginenis adventum differtur. Hic multos Ecclesiae conciliat, et erga Societatem*

---

[1] Vide p. 136.

[2] Vide *Litt. Quadrim.* V, 70.

[3] Ex autogr. in cod. *Ital. 117*, ff. 326-327; prius 44. Vide superius epist. 538, 539 de hac missione agentes.

benevolentiam ostendit. PP. Crucius et Xavierre superstites cives instituere et in vera fide confirmare satagunt. Excursio in oppidum Baccarizzo.

1. ✝ IHS. Molto R.do in X.o P. N. Pax X.i — Per quella ch' il P. Lucio a V. P. scrisse [1], hauerà inteso la giustitia che quì s'ha fatto insieme con l'altre cose ch' all' hora s' offeriuano. Dipoi io ho vna breue scritto [2] sopra il modo che qui se potria tener et l' occasion che c'è di far vn buon collegio. Per questa serà V. P. auisato di quello che questi giorni quì s'ha fatto. Et per cominciar da noi, dirò come noi stiamo per gratia de Dio nostro S.or bene di sanità, eccetto il P. Lucio che si sente anchor vn poco fiachetto; et per questo si ricercarà, che non s' affatiche troppo, acciò si possa conseruar. Del uiuer nostro habbiam sempre magniato nilla tauola dil S.r Marquesse, vicerè di questa Prouintia; fuor del tempo ch' il P. Lucio ha hauuto male, ch' in camara se gl' ha datto largamente tutto quanto è stato dimandato dal medico, et le medecine con molta diligentia et amoreuollezza; è questo S.r tanto benigno et cortesse verso di noi, che ne ha [a] datto occasione di confunderci, et alla partita mandandoci a chiamar, disse che se pur volessimo andar con lui, che non ce manchariano tutte le cose necessarie, et che se non volesimo mangiar nella tauola sua, che ce faria dar il piato in camara nostra: et offerendoci altre cose, anchora ce offerse il bracchio seculare per le cose che hauesemo da fare. V. P. per amor de Dio nostro S.r faccia che s'habbia memoria di lui: chiamasi il S.r Marquesse di Buccianico.

2. Fatta quella gran giustitia di quelli 88 homini che parte quì et fuora sono stati morti; perchè ne restauano molti altri, questi S.ri matina et sera non faceuano se non essaminar et dar corda tanto a questi, come a donne che di Cosenza fecero venire, insino al numero di cinquanta o sesanta. Noi in questo tempo non cessamo mai di consolar a tutti con grande loro contenteza et satisfattione: et perchè se ne pigliauano ogni dì per esserci la tassa, et andar a caccia di loro, non manchaua sempre di nuouo occasion de essercitarci. Fra tutti questi ne habbiam trouatto ostinati dui: et dubij tre che non mostrauano in tutto non [b]

[a] *Seq. del.* posto. — [b] non *supra vers.*

[1] Vide epist. 538.
[2] Hanc invenire non potuimus.

voler cognoscer la verità, nè mancho la pigliauano. Et fra questi era vn predicator loro, che a chi lo vedeua, pareua più tosto zappatore, che predicatore: il qual hauea di taglia cento scudi: che si s'hauessi a vendere, con difficultà se ne trouaria trenta: è ignorante, nè sa, secondo lui dice, latino. Il P. Lucio li parlò il primo giorno et gli rispose alli articuli che colui proposse, di manera che non sapendo respondere, disse che quello ch' il P. gli diceua, gli pareua bene: non però non si risoluete altramente, nè dimostra saper altro che quelli quatro parole, le quale perchè credo che le dicessi molte volte et studiasse bene, per esser tutto quello che lui insegnaua, li sapeua bene. Io l'ho parlato, et lui mi ha detto: io non sa niente; et dimandandoli, che facceui donche tu? respondeua: legeua il Euangello in vuolgare, et non altro; et alle cose ch'io li proposse et disse, non mi rispose mai. La dominica passata ne mandarono in Cosenza ottanta, o nouanta, che di questi si pensa pochi viuiranno. Andandol' io a visitare, mi disse: P. mi dispiace che non ce vederemo; s'io l'hauesi saputo, ce hariamo più comunicato; io l'animai dicendo ch' in Cosenza trouaria homini che lo consolariano.

3. Intessa in Napoli la giustitia, scrisse l'Ex.ia dil S.r Vicerè [a], che seguitando pur d'esseguirla in quelli che la meritauano, l'altri che restassero, tanto homini, quanto donni, ce fussero datti a noi per esser instrutti nella fede: et questo scrisse su Ex.ia tanto al S.r Vicerè, o, S.or Ascanio Caracciullo, come al P. fra Valerio [1]. Insieme si scrisse come Mons.r l'arceuescouo di Regio [2] veniua, et con l'autorità che su S.tà et su Ex.ia l'haueano datto; et per questo parse a questi S.ri differir la giustitia insino alla venuta di su S. R.ma. Venuto il S.r Arceuescouo, il S.r Ascanio se partì, et anchor che la partita per respetto di fuorusciti fussi secreta, tutta via su S. venne nella camara a visitar al P. Lucio, et a offerirsi, et dirci come la partita seria la matina. Io andai a vesitar il sudetto Mons.or, il quale mostrò rallegrarsi asai, et mi disse dui uolte: P. mi ralegro di hauerui trouato quì, perchè haueua commissione di Mons.or Ill.mo Ales-

---

[a] *Del.* scrisse.

---

[1] Vide sup. p. 375.
[2] Gaspar de Fosso. Ord. Minim. translatus die 17 Iulii 1560 a dioec. Calven. ad Rheginensem. (Eubel... III, 302).

sandrino [1] che trouandoci a Napoli, ui dicessi non passassino [a] inanzi; et hoggi mangiando con su S. R^{ma} mi disse: ho scritto al Car.^{le}: a V. S. Illma non pareua che questi P. venessero, et pur c'è statto necess.^{o}, perchè fanno questo bene, etc. Sia V. P. certo che parla molto [b] bene della Comp.^{a} et dimostra gran affettion, como l'ha fatto quì, che essendo la camara sua piena di gente, disse le opere della Comp.^{a} et la necessità che c'è delli homini d'essa in ogni locho. Lunedì passato (hauendo mandato li pregioni ch' s' hanno di giustitiar o mandar in galera a Cosenza) se partì il Sr Marquesse [c], et in questi dui giorni hanno fatto abiurar quelli che restarono con le donne, et liberato a pregeria tutti. Noi siam restati quì a Montalto per instruire tanto li tramontani che sono quì, como altri di certi casali, et questo per questi dui messi: che per esser l'aria di Cosenza mal sana, seria pericolo l'andarci hora; questo si farà con gran diligentia, come s'ha cominciato a fare, perch' hieri, che fu il giorno di S.^{to} Gio., io andai a vn casale che si chiama Baccarizzo, doue haueano a venire, et venero li homini et donne de altri dui casali [d]. Disse la messa; dopo la messa se li disse qualche cosa, con la quale dimostrarono esser consolati; et perchè le donne, come intrauano nella chiesa, si sedeuano, si fece che se mettessero in ginocchione, et a così dicessero il Pater noster et Aue Maria; et li homini con dui ginochi [e] lo fecero molto volentieri. Et perchè in questi reuolutioni sono statti saccheggiati insino alla chiesa, mi parse proporli che la prima cosa si mettesi in ordine la chiesa de Dio, et facessero vna casetta per il suo capellano; et perchè sono poche case, et diuise in tre parte, gli disse che saria bene si ragunasero tutti in vn luocho, cioè in Baccharizzo. A tutti parse tutto questo bene, et dimostrarono di volerlo fare. Dopo magnar' si lesse la doctrina christiana, dilla qual cosa restarono tanto contenti, che non lo potria facilmente dire; et mi diceua il principal (il quale me hauea datto da magniar con tre altre che di Montalto erano venuti): Padre, se ce fussi stato appresso di noi di vostri pari, hariamo tutti fatto bene. Sia V. P. certo che la colpa è delli operari. Letta la doctrina christiana, mi pregorono mi restasi a cena,

---

a *Ob textus emend. non apparet utrum legendum sit* passassino *an* passassimo, *an solum* passassi. — b molto *supra vers., deleto* tanto. — c *Tria vv. praec. in marg.* — d *4 vv. praec. in marg.* — e *Emend. ex* ginochione.

---

1 Michael Gislerius, O. P., summus Inquisitor; post S. Pius V.

perch' il caldo era grande. La quale ce dettero con molta amoreuolezza et asai [a] bene da magnar. Tornato a Montalto [b], Mons.r il arceuescouo si rallegrò di sentir quello che s'era fatto. Noi in questo tempo ch'ho detto, intenderemo non solo ajutar questi casali, ma altri più lontani. Il S.r Saluator Spinelli, tio carnalle dil S.r ducha di Seminara, et dil S.r duca di Castro Uillare, morto, mandando vn suo gentilhomo al S.r Marques, venne a noi, et da parte da sua S. Ill.a ce pregò che uolesimo farli tanto piacere d'andare da lui. È signore della Guardia ch'è il principal luogho di questi dui brusciati; et dipoi con questi che sono scapollati ce ha mandato a dimandar la promessa. Lunedì che viene, vltimo di questo, penso andar a Paula a vesitar alla S.ra duquessa di Castro Villare, che per vna sua da dimostrato rallegrarsi con la nostra venuta, et più con la promessa che le fece di visitarla; et di là andarò al S.r Saluatore, et essendo necessario, mi fermarò con quelli pouerini alcuni giorni. Quello che io posso dire di questa terra è che c'è tanta necessità di buoni et veri operarij, non solo per questa gente et setta, che di questa quasi in ogni luogo dicono ce n'è; ma per la reformatione de ogni genere de persone; et fra tanti dua possono far poco: pur si ricercarà de lasciar a quelli che con questi restarano, tale ordine che si riformarano bene; et homini pij s'intende ch'in vna città di questa prouintia, chiamata Tauerna, ce ne sono tali, li quali si farano venire; li quali venuti, facilmente li reformarano; et fuorsi più facilmente che le altri christiani; perchè questi poueretti, fuor della peste, circa le costumi erano mirabilmente instrutti. Non si vedeua mai biastemare; la robba la lasciauano per la strada; non faceuano fra loro questione, nè se accusauano l'vno al altro: et così dell'altre cose et virtù morale; de manera che se tengono buoni mastri della religione, con poca fatica seran [c] bonissimi christiani. Dio nostro Signor che quì l'ha lasciati, li conceda gratia che possano abbracciar la sua vera et santa fede; et a noi dè gratia possiamo far cose che siano a maggior gloria sua et vtilità delle sue creature. Tutti noi, et io, come più bisognoso, mi raccomando nelle orationi et santi sacrificij di vostra Paternità et delli P. et fratelli di Roma. Di Montalto a 25 di Giugno di 1561.

Di V. P. minor in X.o seruo et indegno figliuolo.

GIO. XAUIERRE [1].

---

[a] *Seq. del.* compli. — [b] *Del.* il. — [c] sera *ms.*

---

[1] Vide p. 376.

544

P. LUCIUS CRUCIUS

MONTALTO 5 IULII 1561 [1].

Contiones ad populum. Lectio doctrinae christianae et casuum conscientiae. Excursus ad vicinum oppidum. — Patres conantur sacramentorum frequentationem illis in locis insolitam inducere.

† Pax X.[i] Molto R.[do] in X.[o] Padre. Dopo ch' siamo in Calabria habiamo scritto ongni settimana; non sapemo se siano arriuate a saluamento. Questo dico perch' non habiamo hauta risposta de niuna. Quello ch' al presente mi occorre di aduisare a uostra Reuerentia, è come se è incominciato a predicare. Il P. Xiauier predica ongni domenica et festa con molta satisfactione et concorso, secondo ch' mi è referito. Dopo mangiare legge la doctrina christiana, et tra la settimana alli putti et altri ch' iui uengono 3 uolte. Io uo a un casale discosto di quà un poco più di un miglio, doue ci conuengono genti de doi altri casali circumuicini, et li dico messa così le domeniche, como feste. Dopoi li fo un ragionamento sopra la festa, o euangelio. Dopo mangiare li lego la doctrina christiana. Tra la [a] settimana quì in Montalto lego casi di conscientia doi uolte la settimana, doue uengono preti, frati et altri gentilomoni *[sic]*. È cosa grande l'affectione ch' tutta questa terra ci porta. Incominciamo ad exortar la gente alla frequentatione delli sacramenti, la qual cosa è quasi inaudita in questi paesi. Non dimeno alcuni incominciano, et habiamo speranza nel Signore introdure la compagnia del sanctissimo Sacramento, et ch' li confrati se confessino spesso, et così alcuni hanno promesso di farlo. Altro non ci occorre al presente, si non racommandarci alli sacrifitij et orationi di V. R.[tia] et delli altri Padri et fratelli di Roma. Di Montalto alli 4 di Julio 1561.

Di V. R.[tia] indignus filius.

Lucius Crucius [2].

---

a *Emend. ex* nella.

---

[1] Ex autogr. in cod. *Ital. 118,* f. 15; prius 38. Vide sis epist. 338, 339, 343.
[2] Vide p. 372.

545

P. LUCIUS CRUCIUS

MONTALTO 10 IULII 1561 [1].

De litteris Romam missis. Haereticorum negotium finitum. Proregis neapolitani iussu PP. Crucius et Xavierre superstites cives in fide catholica erudiunt. P. Xavierre Paulam excurrit. Societas Iesu in magna existimatione apud vulgus est.

✠ Pax Christi. Molto R.do in X.o Padre. Dopo ch' siamo in queste parti, habiamo scritto ongni settimana aduisando V. R.tia de tutte [a] le nostre occupationi, nè mai ne habiamo receuta risposta. Dubitamo non siano arriuate a saluamento. Questi giorni si è dato fine alli negotij de questi heretici, delli quali una parte ne è stata iustitiata, altra in galera, l'altra non tanto colpeuole è stata lassata con pigiorie [?] ingiongniendoli diuerse sorte di penitentie; non dimeno è stato facto un statuto ch' non possino più rehabitare le terre brusciate, et quasi tutti son stati priuati delle loro robbe. Questi dì passati scrisse il Sig.or Vicerè di Napoli al vicerè di questa Prouintia ch' li Padri della Compagnia del Iesù uenuti in Calabria per su ordine si occupassero in istruir questi ch' restauano, como sonno putti, donne et altre persone, et così si è fatto, et ongni dì si continua; le feste et domenica si predica le matine in doi lochi et dopo mangiare legemo la doctrina christiana nelli medesimi lochi. Tra la settimana il P. Xiauier 3 uolte legge la doctrina christiana, io lego doi uolte casi di conscientia, et così continuaremo li nostri exercitij fino a tanto ch' ce sia detto altro. Il P. Xiauer è andato

a tutta *ms.*

[1] Ex autogr. in cod. *Ital. 117*, f. 284; prius 39. Epistula data dicitur die 10 Iunii; sed si comparatur cum epistulis praecedentibus PP. Crucii et Xavierre, clare apparet hanc esse illis posteriorem. Ita v. g. P. Xavierre in epistula die 25 Iunii data dicit se iturum Paulam ad ducissam de Castro Villar invisendam; in hac vero dicitur « il P. Xiauer è andato a uisitar la duchessa di Castro Villar »..... etc. Vide epist. 538, 539, 543, 544.

a uisitar la duchessa di Castro Uillar, la quale desideraua uederlo; sta in una terra discotto di qua 9 miglia, chiamata Paula, io son restato acciò li nostri exercitij non se interponessero. Il P. Xiauier andaua con intentione di predicare, et al tornare uoleua uisitare un altra terra et fare il medesimo per auerci fatta instantia più uolte. Siamo spesso inuitati et pregati de molte terre qui circunuicine ch' uogliamo uisitarle, et così pensamo farlo con alcune, tanto più ch' il Sig.or Vicario di Cosenza ci ha pregato ch' lo uogliamo fare. È tanta la opinione ch' tutti questi populi tiene *[sic]* della nostra Compangnia ch' mi confondo a intendere le cose ch' de noi se dicono doue si uoglia ch' andamo: beneditus Dominus. Questo è quello ch' al presente mi occorre di scriuere; ci racommandamo molto nelli sacrifitij et orat'oni di uostra R.tia et delli altri Padri et fratelli di Roma. Di Montalto alli 10 di Giungno *[sic]* 1561 — Di V. R.tia indignus filius.

LUTIUS CRUCIUS [1].

546.

P. FERDINANDUS ALVAREZ

PALANTIA 27 IULII 1561 (?) [2].

1. *Religiosa disciplina viget. Cives frequentes ad sacramenta apud nostros suscipienda accurrunt, quos inter externi scholastici. Grammatices magister nostris sese adiungere*

---

[1] PP. Crucius et Xavierre cum socio Dominico per totum mensem Iulium et Augustum in Calabria permanserunt. Sed tum quia ad finem fructus labori non respondebat, tum quia subsidii satis non dabatur, tum aliis fortasse de causis, e missione redire iussi sunt. (Cf. *Epist. P. Salmeronis*, I. 486, 491, 493). Interea P. Crucius gravissime aegrotavit; frater vero Dominicus febribus correptus obiit (ib. 499; *Lainii Monum.* VI, 35, 44). Episcopus lesinensis, Cardinalis de Gaddis vicarius Consentiae, pulcrum elogium de horum Patrum laboribus edidit (*Lainii Monum.* VI, 34-35).

[2] Ex origin. in cod. *Hisp. 97*, f. 234, prius 84, inter epist. anni 1560; sed probabilius ad annum 1561 pertinere dicenda est, quando pluviae defectus Castellam et alia Hispaniae loca vexavit. Cf. superius p. 307.

cupit. Feminae meretricis conversio. — **2.** *Publicae supplicationes ad pluviam impetrandam.* — **3.** *Festum Smi. Corporis Christi, opera clericorum certatim praestita, sollemnissime in templo nostro celebratum.*

1. ✝ Ihs. Admodum R.e P.r Gratia et pax X.i etc. *[Breviter ex oboedientiae praescripto scribet. Religiosae disciplinae cura viget].* Vt a confessionibus ergo initium sumam, quae per totum annum fere nunquam dessunt, idque precipue tempore quadragessimali magna multitudo promiscui sexus rationem nostris suae concientiae dedit, maxime cum ciuitatis huius non pauci ex proceribus idem fecerunt. Porro ex vrbis huius literario grammatices studio, cuius scolastici trecenti et eo amplius continentur numero, horum maxima pars apud nos etiam confessi sunt, quorum preceptorum vnus valde nobis conjunctus est; de quo aliquando furtiue accepit auris mea velle se perjungere [a] nostris, imo iam fixo stat animo se aliter minime rem haberi. Nec dandam obliuioni existimaui quandam meretricem que preteritis nunc diebus de morte migrauit ad vitam. Haec etiam vni ex nostris sub confessionis sigillo suam aperuit mentem: precamurque Deum optimum maximum, vt ea se et benefitium sibi collatum cognoscat; ita enim fiet vt Dominus ipsi suum tribuat auxilium perseuerantiae, ob cuius gratiam a noua vita quam nunc cepit agere, nunquam desistat.

2. Plurime etiam procesiones, que hac in vrbe, vt Dominus plubiam tribueret congruentem, facte sunt, etiam nostram petiere basilicam, precipue due sancti Lazari ac sancti Michaëlis; altera etiam solennis satis, quae exijt a dibo Paulo, domo S.ti Dominici fratruum, etiam ad nostram peruenit domum, licet haec templum non sit ingressa nostrum; ad januam tamen subsistens ecclesiae, inde suas preces obtulere Domino. Omitto enim illam celeberrimam que a multis fundentibus confratribus sanguinem tempore dominicae pasionis fit. Haec etiam ad nostram venit ecclesiam per vnam ipsius januam intus ingrediens, per aliam vero foras egrediens. Deo creatori maximo debite reddantur laudes.

3. Nostrum tamen corporis Christi festum cuius solemnitas me compellit vt nonnulla referam, non pretereundum duxi; quia certe tam solemniter tamque jocunde celebratum est, vt astan-

---

a *Praec. v. obscure exaratum.*

tium animis magna fuerit exultatio; at quia Domini festum est, ipsi laus et honor sit, qui semper pauperum est adjutor in oportunitatibus [1]. Sed ne videar omnia generice enarrare, aliqua scitu digna speciatim tangam. Sit ergo primum: templum nostrum ita ornatum esse, vt omnium oculis nimis gratum apareret; quia pendebant in ipso ex omnj parte tentoria versi coloris *[sic]*. Maiori sacro vnus ex nostris dedit operam, diaconi vero duo ex canonicis maioris basilicae; auditores qui adfuere contioni, quam vnus ex nostris satis ac satis omnibus perutilem fecit, excedebant numero, ita vt ipsos vix caperet ecclesia. Venerunt preterea tam multi ex ecclesiasticis maiorum edium, quam ex sacerdotibus duarum parrochiarum, de quarum vna organa traxere, ob cuius gratiam maioris templi adfuit citharoedus, qui ita suauiter citharizabat [a] vt audientium animos fere in extasim teneret; nec defuere alij sex predicte ecclesiae cantores; et quod hac in re magis stimandum perpendendumque apparet, hos omnes gratis ac libentissimo animo aduenisse. Procesio, que domi apud nos facta est, per consuetam portam exiit foras; viam quam sanctissimum X.[i] corpus pertransijt, mira varietate pictura decorabat, in qua erant altaria, in quibus aliquantulum sanctissimi X.[i] corpus morabatur. Tandem peruenit ad nostrum templi altare, vbi cum maxima animorum alacritate ad laudem et gloriam omnipotentis Dei nostrum solemne festum finem obtinuit. *[Preces postulat, ac valedicit.]*

Palantiae sexto calendas Augusti.

Minimus in X.º filius.

FERDINANDUS ALVAREZ † [2].

---

a zitaredus... zitarizabat *ms.*

---

[1] Cf. Ps. IX, 10.

[2] Vide p. 174.

547

P. FRANCISCUS ANTONIO

SASSARI 21 AUGUSTI 1561 [1].

1. *Sociorum numerus. Religiosa disciplina.* — **2.** *Sassaritani crebrius in dies ad sacramenta accedunt.* — **3.** *Et fructus inde perceptus exemplis demonstratur.* — **4.** *P. Passiu oppidanos per vicina loca sardice erudit. P. Rector in urbe Algher sermones ad populum habet.* — **5.** *Calaritanus archiepiscopus cupit ut P. Rector eo se conferat de collegio acturus.* — **6.** *In nosocomio et in carceribus detenti invisuntur a sociis.*

1. ✝ Ihs. Muy R.do P.e nro. en Chro. Pax Chri. etc. *[Epistulae ordinem indicat].* Somos al presente 7 por todos (cuyos nombres y naçiones pondré abaxo) en este collegio; scilicet 4 Padres y 3 hermanos, de los quales vno con el fauor diuino pienso se ordenará presto, por tener harto buen talento y habilidad para ello. Cada vno assí de los Padres, como de los hermanos, attiende según sus fuerças, a lo que les es encomendado, con buena voluntad y desseo de aprouechar algo en esta viña del Señor, y de padeçer mucho por su diuino amor y reuerençia. Hemos tenido todos (bendito Dios) buena salud corporal, y en la spiritual todos creçen y se aprouechan cada día más, applicándose bien a la guarda de las reglas y a la mortificaçión de sus voluntades y juizios; y se tiene gran diligençia en que todos den de sí buen exemplo y edificaçión a los próximos. Para lo qual ayudan mucho las pláticas de los viernes que se han començado a hazer sobre las reglas, y los auisos particulares y generales y también las penitencias públicas del refitorio. Plega al Señor con el soplo de su diuina graçia inspirarnos y henchirnos de su Santo Spíritu para que de cada día más nos aprouechemos, no buscando otro que su gloria y honrra y la saluaçión de las almas redemidas con la preçiosa sangre de Jesu Christo.

---

[1] Ex autogr. in cod. *Sardin. 13,* ff. 120-121; prius 481-482.

2. Quanto a lo de fuera puedo dezir a V. P. que riega ya tan prósperamente el Señor con el roçío de su graçia la miez de buenas almas que tiene en esta çiudad, que marauillosamente vemos creçer el augmento de virtud y deuoçión tanto en los ya ganados, y aun granados, como en muchos que cada día se ganan para el diuino seruiçio. Hase conosçido todo esto generalmente en las confessiones destos 4 meses passados: porque en ellos quasi todos los domingos y fiestas apenas podían bastar dos Padres, y algunas vezes tres: lo que en [a] los otros meses passados no solía ser sino vna vez al mes; en lo que se vee la perseuerançia y augmento de los antigos en freqüentar cada ocho días lo que no solían sino cada treinta; y véese también la nueua gente que de ordinario suele acudir, tanto de la çiudad como de las villas circunvezinas, y aun de algunas bien lexos de aquí se han venido a confessar con los nuestros dos o tres saçerdotes y, según creo, se han consolado y aprouechado mucho. Particularmente han sido muchos los que se han confessado y comulgado por pasqua de Spíritu Sancto, por la visitaçión de Sta. Elizabeth, y agora por la Assumpçión de N.ª S.ª

3. Del particular aprouechamiento de todos estos quién podría explicar la humildad, castidad, deuoçión, simpliçidad y llaneza, abstinencia, el dexar los juramentos, juegos, murmuraciones etc? Finalmente ay algunos que dan harta [b] admiraçión, y que hablar al pueblo, auerlos visto poco antes lo que eran, y verlos agora lo que son: y en estos 4 meses han hecho marauillosa mudança algunas personas, y entre otras vn saçerdote que públicamente era tenido por vno de los no muy recogidos ni deuotos: a éste quiso N. S. de súbito inspirar, y con vn nueuo y biuo coraçón buelto en sí, y aparejado como conuenía con las armas de la penitencia, vino a hazer vna confessión general de toda su vida, y perseuera siempre de bien en mejor; y estos días ha tomado la cura y gouierno del hospital desta çiudad, en donde con gran aprouechamiento suyo, aliuio y regalo de los pobres enfermos, da muy buen exemplo y edificaçión de sí a todos los que tan poco ha le conosçían harto ageno de semejante assumpto. También ha auido vn mercader viejo [c] en días y en algunos públicos malos tratos, el qual andando de muchos días mouido a mudar vida, y restituir, si algo tenía mal ganado, todavía le retiraua el amor mundano y carnal:

---

a *Del.* todo. — b harta *supra vers., deleto* tanta. — c viejos *ms.*

denique tocado vna noche de la mano de Dios con vn súbito y fuerte acçidente, fué forçado a media noche embiar a llamar vn Padre, y assí creo su alma aurá sido libre de los lazos en que tan enredado le tenía tanto tiempo ha el demonio. Otro también ha venido a pedir consejo en qué manera podría satis hazer por sus pecados y vsuras que auía hecho, ofreçiendo restituir usque ad nouissimum quadrantem, y antes de más que de menos: y assí ha començado ya a poner por obra y en effecto sus buenos desseos, y de cada día spero en el Señor yrá mejorando. Estos y otros semejantes toques suele dar la magestad de nuestro buen Dios en esta tierra, y muchos más serían los tocados, si no los tuuiesse el demonio tan çiegos y atados con la vejez y antigüedad del peccado nunca castigado ni reprehendido, y con el mal exemplo de grandes y pequeños; de suerte que para este negoçio es menester muy particular ayuda de oraciones de los sieruos de Dios; y assí V. P. haga se tenga siempre memoria desta viña del Señor tan estragada, que en lugar de vuas, facit labruscas [1].

4. Después de la venida del P.e Jorge Passiu [2] se ha ydo algunos domingos a predicar a dos villas çercanas, porque la calor no daua lugar para yr muchas vezes, ni muy lexos; y creo no será poco el fructo que dello resulta, porque como se les predica en lengua sarda, gustan mucho, y entienden bien lo que se les dize y enseña; y ansí quedan todos muy consolados, y querrían tenello siempre de ordinario. Por ventura refrescando el tiempo, y augmentando el Señor el número de los operarios, no se dexará de yr por algunas villas de largo a coger la mucha miez que de madura parece estar dando bozes a los segadores. También ha ydo el P.e Rector dos vezes a predicar a la çiudad del Alguer (que está 20 millas de aquí) donde se han todos harto consolado y aprouechado, y halos dexado tan mouidos y tan ganadas las voluntades, assí de ecclesiásticos, como de los prinçipales de los seglares, que dessean harto hazer vn collegio o casa de la Compañía; y ansí pedían al P.e Rector les quisiesse predicar la quaresma que viene: lo que no pudo conçederles por auerla ya offreçido, y dado la palabra a los jurados de aquí de Saçer, que mucho antes ellos mismos en persona, acompañados de otros çiudadanos prinçipales, auían venido

---

[1] Cf. ISAI. V, 2, 4.
[2] Vide sup. p. 358.

hasta casa a pedirle con mucha instançia; no faltando predicadores [a] que harto la andauan procurando.

5. Dende la çiudad de Caller también ha scrito vn deuoto nuestro al P.e Rector, de parte del arçobispo [1], que quisiesse yr hasta allá para predicar y tratar de fundar allí algún pequeño collegio de la Compañía; por ventura este inuierno se dará por allá alguna buelta; porque sería gran seruiçio de N. S. que la Compañía tomasse alguna entrada en aquella çiudad, por ser como cabeça deste reyno, y donde siempre reside la corte y muchos caualleros. Ordene el Señor lo que más fuere su gloria y honrra y prouecho de sus ovejas; y de todo lo que succediere se dará largo auiso a V. P. En esta çiudad, aunque con los calores, no ha çessado de predicarles también algunos domingos el P.e Rector; y tanto gustan de oyrle, que jamás parece que se cansan. De lo qual todo se collige bien a la clara quán grande sea el crédito y accepçión de la Compañía en estas partes; que çierto es tanta, que no sé si hay quilate más alto a donde pueda subir. Sit benedictus Dominus.

6. Las visitas del hospital y cárçeles siempre se han continuado, y muchas vezes se confiessan los que allí son detenidos y algunas vezes son ayudados en lo temporal. La doctrina christiana y plática se ha dexado por los calores, y en refrescando el tiempo, con la ayuda del Señor, se boluerá a todo ello. *[Preces postulat].*

De Saçer de Cerdeña a 21 de Agosto de 1561.

Los que al presente somos en este collegio son:

El P.e M. Balthasar Piñas, Rector. Catalán.
El P.e Jorge Passiu. Sardo.
El P.e Pedro Spiga. Sardo.
El P.e Fran.co Antonio. Portuguez.
El Her.o Fran.co Garçía. Siçiliano.
El Her.o Juan Ambrosio. Nauarro.
El Her.o Juan Ignaçio. Andaluz.

Por commissión del P.e Rector. De V. P. mínimo y inútil sieruo en Christo.

FRANCISCO ANTONIO [2].

fol. 121.v † Quadrimestre de Cerdeña de 21 de Agosto 1561.

---

[a] *Del.* de.

---

[1] Antonius de Castillejo. Anno 1564 initium datum est collegio Societatis in urbe calaritana. Vide sis *Polanci Compl.*, I, 482, 485.

[2] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 214.

548

P. HENRICUS BLISSEMIUS

PRAGA 25 AUGUSTI 1561 [1].

1. *De domestica disciplina. De sociis. De Patris Provincialis visitatione.* — **2.** *Novi collegii alumni laudantur; quorum aliqui ad Societatem aspirant. Parantur scholae superiores.* — **3.** *Navant nostri operam hussitis et iudaeis ut hi catholicam veritatem capiant.* — **4.** *Paces inter ecclesiasticos viros cum aliorum, etiam lutheranorum, aedificatione componuntur.* — **5.** *Ferdinandi principis erga socios studium.*

1. Pax Christi R.^{de} in Christo Pater. *[Ex consuetudine scribit.]* In hac igitur Bohemica Domini messe, exceptis illis quos oybinense monasterium habet, sacerdotes tres et fratres 15, omnes per Dei clementiam utroque homine sani uersamur. Et quo praecipue confirmetur interior animi sanitas, assidua constitutionum nostrarum declaratione R. P. rector [2] plurimum satagit. Ex fratribus autem septem spiritualia Societatis exercitia tanto fructu, quanta diligentia, nuper absoluerunt, quorum unus, licet suae probationis biennium nondum omnino transegisset, eo tamen in hac uocatione progressus est, ut sensu quam aetate maturior existat, ac proinde, quod uehementer desiderauerat, a R. P. prouinciali sit consequutus, ut emissis uidelicet simplicibus uotis [a], arctius cum Christo in hac Societate coniungeretur [3]. Idem quoque beneficium diuina gratia R. P. rectori, et mihi, licet omnium indignissimo, contigit; cum [b] uota nostra simplicia [4], nobis in R. P. prouincialis manibus, cum

---

[a] uotis *supra vers.* — [b] *Del.* nra.

---

[1] Ex apographo coaevo in cod. *Germ. 139*, f. 85; prius 270 (286). Aliud apogr. invenitur in cod. *Germ. 143*, f. 134. Exstat etiam apogr. Vindobonae in Biblioth. nation., cod. 13601. Particulam edidit Braunsberger: *B. Petri Canisii Epist.*, III, 720.

[2] P. Paulus Hoffaeus.

[3] Fuit is Alexander Voyt. Cf. Braunsberger, l. c.

[4] Intellige vota quae professi quattuor votorum emittunt post sollemnem professionem, quam hi Patres die 16 Martii voverant. Vide p. 299.

summa et communi omnium consolatione, Deo licuerit offerre. Coeteri denique fratres, cum uirtutibus omnibus, tum ea praesertim uiuendi ratione, quam haec postulat Societas, plurimum, et quasi certatim, adiuuante Domino, proficiunt, adeoque communem Ecclesiae causam et statum, sed praecipue grauissima illa catholicae religionis negotia, quorum gratia summus pontifex R. P. V. in Gallias misit, non precibus modo, sed quotidianis etiam corporum macerationibus, Deo commendant; ne peccatis hominum tantus tantae legationis fructus impediatur. Haec aliaque similia eo certe maiori alacritate et feruore praestant omnes, quo R. P. prouincialis ea nobis diligentius, quanti nimirum sint momenti, declarauit. Cuius, licet paucorum dierum, praesentia nobis omnibus, ac nostris patronis et amicis ita grata et utilis tamen extitit, ut tam cito non fuisset hinc discedere permissus, nisi magna quaedam negotia, quae nomine illustriss. cardinalis augustani [1] susceperat alibi expedienda, uel omnibus inuitis, eum hinc auulsissent [2].

2. Qui modo uiuunt [a] in collegio nouo sunt saelecti ac magnae spei adolescentes, qui nescio magisne [b] literis, an pietate, progrediantur: utrisque certe reliquam, quantumuis florentissimam iuuentutem nostram, multis parasanguis [*sic*] excellunt. Ex illis, et quidem praecipuis, qui singularibus animi corporisque dotibus pollent, quinque studiosi, ac sartor unus, modis omnibus ad Societatem aspirant, anhelant, atque ut quamprimum admitantur, contendunt. Deus piorum uotorum eos faxit compotes, simulque confirmet in eis quod operatus est. Studis [*sic*] etiam siue scholasticis, siue domesticis, incrementum non mediocre iam accidit, quod praeter lectiones, repetitiones, disputationes et declamationes consuetas, nouae, uidelicet linguae hebraicae, mathematicae, logicae atque ethicae, lectiones ad futuram studiorum innouationem sint auspicandae. Cum enim assiduitate magna scholae nostrae discipuli per aliquot iam annos inferiorum disciplinarum difficultates apud nos superarint, suo quidem iure postulant et obtinent altiora studia, quae Deus ad suam gloriam Bohemiaeque salutem prosperare dignetur.

3. Quod uero spectat ad externa pietatis opera, quibus per Societatem Deus proximi salutem promouere solet, penitentes

---

[a] uiunt *ms.* — [b] *Del.* in.

---

[1] Otto Truchsess. Cf. BRAUNSBERGER, l. c. 721, annot. 2.
[2] P. Petrus Canisius, provincialis, fuit Pragae a die 11 ad 15 Iulii. ibid. 718.

his quatuor mensibus circiter 200 habuimus, quanquam hic pauci sint [a] catholici, sed pauciores qui frequenter confiteri soleant. Quinque insuper hussitas Deus per nostrorum industria[m] ad uerum Ecclesiae tramitem reduxit, ut taceam de alijs pluribus, qui per nostros ita sunt instructi, ut certo promitterent, se fidem catholicam propediem amplexuros esse. Nec alij desint, qui per humilem poenitentiam Deo et Ecclesiae apud nos reconciliati [b] sunt, quorum unus a quinquennio, alius a septennio, alius rursum propemodum decrepitus, per totam uitam non fuerat confessus; nec solum confitendi rationem, sed etiam sub una uel utraque specie communicandi [c] discrimen penitus ignorabat, licet interim se catholicum esse putaret. Augetur etiam paulatim hominum bonorum pietas et deuotio, ut [d] non solum plures quam antea templum nostrum frequentent, uerum etiam nonnulli donaria, nimirum imagines et pecuniam offerant. Doctrinam christianam non in templo nec in schola tantum, sed in aedibus etiam nostris priuatim quibusdam neophytis hebraeis serenissimi principis [e] iussu aliquandiu professi sumus; ac ne quid omitteretur quod ad judaicae gentis conuersionem faceret, etiam nobis celsitudo sua coram iudeis semel in hebdomada concionandi munus delegauit, quae conciones nihilo minus a christianis, quam ab hebraeis frequentatae sunt. Quin etiam pickardos duos apud nos sereniss. princeps institui uoluit, quorum unus magni nominis pickardorum episcopus per Bohemiam celebratur [1]. Qui, cum sincere nollet amplecti sanam doctrinam a sereniss. principe iuxta consilium et instructionem nostram retrusus est in carcerem, quamuis nonnulli potentes ac catholici homines, ut uidebatur [f], nescio quo pietatis affectu liberatum cuperent. Sic in alijs quae pertinent ad conscientiam ac spiritualem proximorum profectum, solet celsitudo sua, ut alij multi, tam pauperes quam magnates, opera ac consilio nostro frequenter uti.

4. Quamuis, quod hic [g] omittendum non uidetur, per nostros frequenter animi dissidentium hominum fraterna concordia et christiana pace compositi sunt, nuper tamen, ut multi testabantur, magna Dei prouidentia factum est, ut cum in quadam

---

a *Emend. ex* sunt. — b *Prius* conciliati. — c *Praec. v. obscure exarat. in ms.* — d *Del.* plures. — e *Prius* princeps. — f uidebantur (?) *ms.* — g hic *supra vers.*

---

1 Vide p. 66.

Bohemiae ciuitate tres capitales inimici, homines tamen ecclesiastici, diuturnum atque intestinum odium habentes, sese coram seculari ciuitatis domino mutuis conuicijs ac minis impeterent ac proscinderent; dominus ille, quamuis lutheranus, quendam ex nostris accerseret, atque obnixe rogaret ut exacerbatis et litigantibus hominibus concordiam persuadere conaretur. Hoc ille quidem adeo foeliciter, fauente Christo, conatus et consecutus est, ut eadem hora, depositis rixis, sese, qui inimici fuerant, amplecterentur, illatas iniurias sibi mutuo remittentes. Propter quod pacis beneficium, non ipsi solum qui reconciliati fuerant, sed dominus quoque ciuitatis cum tota familia uehementer gauisi, dicebant, nostros Spiritu Sancto illuc adductos esse, ac se suasque facultates Societati offerebant.

5. Hic nihil attinet, credo, dicere de sereniss. principis nostri [1] fauore, quo collegium hoc sedulo promouet. Nam Rdo. P. prouinciali nuper currum dedit, quo hinc Augustam ueheretur. Pro fabrica nostra quoque 800, et ad ampliorem collegij sustentationem 300 thaleros quotannis addendos, donec causa redituum oybinensium sit absoluta, a S. C. M. nobis impetrauit, quamquam duo postrema negotia R. P. Victoria, pro consueta sua in pragense collegium charitate atque industria, uehementer iuuerit, ut causas nostras apud S. C. M., etiam nobis inscijs, diligenter agere solet. *[Preces postulat et valedicit.]* Pragae e caesareo Societatis Iesu collegio apud S. Clementem, 25 Augusti anno Domini 1561.

Rdae. P. V. indignissimus in Christo filius.

HENRICUS BLYSSEMIUS [2].

549

EMMANUEL GOIS

EBORA 26 AUGUSTI 1561 [3].

1. *Sociorum valetudo. Obitus et elogium P. Francisci Enríquez et fr. Simonis Corderii, cuius parens per occasionem laudatur.* — **2.** *Pris. Nadal adventus et infirmitas.* — **3.** *P. Ton-*

---

[1] Ferdinandus, imperatoris filius.

[2] Vide p. 67.

[3] Ex orig. in cod. *Lus. 51*, ff. 207, 208; prius 77, 79. Aliqua quae in epistula habentur, edita sunt apud *Epist. P. Nadal*, I, 802-803.

da in Indiam profecturus Eboram cum sociis venit. Alii huc adventantes. — **4.** *Humiliora officia vacationum tempore.* — **5-6.** *Caritatis opera erga carcere inclusos, erga aegrotantes. Contiones. Laborum fructus.* — **7.** *Scholasticorum mores. Profectus in studiis. Litterariae exercitationes. Praemia collata. Examina.* — **8.** *Aedium perfectio. Henrici principis benevolentia.*

1. ┼ Iesus. Venerande admodum in X.º Pr. Pax X.ⁱ Cum ad calcem proximarum litterarum ad te, venerande Pr., scriptum fuerit [a], esse quosdam ex nostris, qui periculose aegrotarent [1], congruere uidetur, ut his litteris primo de eorum successu explicemus; postea uero ad alia transeamus, quae se hoc tempore tuae P. scribenda offerunt. Vnus erat ex aegrotis Matthaeus germanus, qui cum decem, aut octo dierum spatio, magnam sanguinis copiam euomuisset, grauiter aliquandiu laborauit. Reualuit tamen X.º gratia, et iam plane confirmatus est. Alius erat Pr. D. Franciscus; hic etiam iam pridem sanguinem euomuerat, et calculos etiam quosdam initio huius extremi morbi, ex tenaci crassaque pituita ui caloris in [b] pulmone concretos, ore emittebat. Visum est diuino numini eum ex huius corporis uinculis ad caelestem patriam euocare ea nocte, quae sacrosancti X.ⁱ corporis festum proxime secuta est [2], cum tres menses, et amplius magnis laboribus doloribusque conflictatus esset, quibus illum Deus Op. M. aliquantulum uexari uoluit, tanquam filium dilectissimum, et aeternis praemijs egregias eius uirtutes copiosius remunerare: renunciauerat enim hic plane omnibus rebus humanis [c], atque huius uitae uanitati pene mortuus et sepultus, nihil praeter Dei gloriam et honorem quaerebat, hunc sibi scopum in omnibus uitae actionibus proposuerat, suoque exemplo fratres ad quam perfectissimam officij rationem incitauerat. Erat enim ille nobis omnibus, tum sanus, tum aegrotus, uiuum quoddam [d] exemplar omnium uirtutum, maxime uero obedientiae et patientiae, quibus praeterquam quod caeteros ad imitationem inflammabat, omnes etiam pro tam eximijs uirtutibus ad immortales gratias Deo agendas impellebat. Caeterum

a *Emend. ex* fuit. — b in *supra vers.* — c *Videtur emend. ex* humanibus. — d *Unum* d *supra vers.*

[1] Vide p. 237.
[2] Anno 1561 festivitas Corporis Christi incidit in d. 5 Iunii.

quae in eius obitu scitu digna acciderunt, quia temporis et epistolae breuitate excludimur, uisum est in praesentia omittere; illud unum satis sit affirmare iudicio Patrum, qui res Societatis ab ipsius incunabulis perspectas habent, raram fuisse illius uirtutem, ingenium, reliquasque dotes, denique uitam atque obitum. Defunctus est etiam ex eodem morbo 11 calend. Septembris fr. Simon Corderius, qui nos etiam sua uirtute et patientia non mediocriter recreabat; iactabatur enim iandiu continuis febribus, quanquam lecto non decumberet. Vtrique iuxta morem Societatis iusta persoluimus. Quo uero die fr. Simon Corderius sepultus est, qui ex hac urbe erat oriundus, adfuit sine lacrymis, aut ullo doloris signo, ipsius pater, ut pius ac uere christianus, cui etiam filius alter in Societate Conimbricae ante aliquot annos mortuus fuerat; atque hoc ipso die mane in nostro templo, expiatis confessione criminibus, sacrosanctum X.i corpus sumpsit. Nec mors duorum filiorum quidquam effecit, quominus reliquos, atque etiam se ipsum, nisi matrimonij ius obstaret, in Societatem admitti magnopere exoptet. Cum uero de eius uirtute multa Pr. Natalis accipisset, illum efflagitantem Societatis nostrae participem effecit. Sit soli Deo laus et honor in omnem aeternitatem. Hoc eodem tempore Pr. Leo [1], duos menses, et semissem, ut solet, grauiter admodum morbo colico, et calculo laborauit. Nunc uero tum ipse, tum reliqui aegroti, ad pristinam ualetudinem restituti sunt.

2. Quanquam Deus Opt. Max., qua est bonitate, ardens quoddam profectus, et perfectionis spiritualis desiderium nostris semper inijciat et renouet; tamen id maxime apparuit aduentu P. Natalis, cuius opera, et uiam, quam aggressi sumus, manifestius et docemur, et ad progrediendum totisque uiribus in uinea Domini elaborandum, non mediocriter omnes accendimur. Peruenit ille in nostrum collegium ad quintum decimum calend. Augusti; cumque ea interim obiret, quae ad suum munus pertinent, nos omnes et uerbis, et exemplo magnopere recreauit. Sed cum haec agentem febris inuasisset, uisum est medicis ut Olyssipponem discederet, ne nimio huius urbis aestu morbus [a] ingrauesceret; cumque singula gymnasia percurrisset, praeceptores praelegentes audiuisset, interfuissetque promotioni cuiusdam magistri, et publicis etiam theologiae disputationibus, in

[a] morbus *supra vers.*

[1] P. Leo Henriquez, rector.

quibus unus e nostris assertiones quasdam tuebatur, condiscipulis et doctoribus easdem impugnantibus [*sic*]. Itaque secutus medicorum consilium recepit se Olyssipponem, ubi coepit melius habere; hinc iterum est inuisurus hoc nostrum collegium, et mox in Hispaniam citeriorem discessurus. Egit ex animi sententia cum Cardinale de his quae ad hanc academiam spectant, quam cum eidem significasset sibi magnopere placuisse, uix dici potest, quantam ille ceperit animo uoluptatem.

3. Paucis ante diebus ab aduentu P. Natalis, peruenerunt in nostrum collegium Pr. Tonda [1], et tres fratres, qui e Sicilia missi fuerant; omnes quidem prospera ualetudine praeter Scipionem, qui ex podraga [*sic*] laborat. Is et Michael missi sunt Olyssipponem; Pr. uero Tonda, et fr. Vincentius magno animi ardore expeditionem indicam expectantes in hoc collegio interim degunt. Missi sunt etiam huc [a] Conimbrica Rogerius italus [2] ex morbo adhuc languidus conualescendi gratia; et Emanuel Lopez, ut in gymnasio elementario praeceptorem ageret in litteris delineandis. Atque haec sola mutatio facta est in nostro collegio a postremis litteris; sumus autem sexaginta et septem.

4. Antequam Pr. Natalis Olyssipponem proficisceretur, exhortationibus excitauit omnes ad maiores in uirtute progressus faciendos, hoc praesertim tempore, quo ab studijs litterarum otium erat futurum; proposuitque catalogum mortificationum, ut inde unusquisque eligeret, quae sibi in Domino magis placerent. Quanquam uero fratres hanc feriarum occasionem semper expectent, ut se in similibus rebus exerceant, tamen hisce admonitionibus, uelut calcaribus quibusdam, accedente X.[i] gratia, maiorem in modum sunt inflammati, atque ita certatim magna contentione petunt, ut humilibus destinentur ministerijs, et nonnullis conceditur, ut emptori seruiant, atque ab eo empta in collegium humeris baiulent. Alij se ad spiritualia Societatis exercitia colligunt; alij peregrinantur; alij in recreatione publicas reprehensiones impetrant; alij se ultro publice flagris caedunt. Neque desunt, qui secundo quoque die ad minimum deseruiant

a huc *supra vers.*

[1] Vide p. 199.

[2] Hic solet dici Rogerius italus, mutinensis (modonés). In catalogo coll. conimbricensis anni 1559 (Cod. *Lus. 43*, f. 107) dicitur R. Spacinus italus. Medio anno 1562 remissus est in patriam. Cf. *Lainii Monum.* VI, 367, et loca ibi citata sub voce **Rogerius mutinensis**.

ijs, qui in custodijs publicis, et in ualetudinario sunt; quod etiam (ut alias scriptum est) reliquo anni tempore diebus feriarum fieri solet. Domi binae singulis diebus horae, altera tempore matutino, altera vero pomeridiano, ad caelestium rerum contemplationem designatae sunt. Sic omnes domi, et foris, in pijs ac religioso homine dignis actionibus sunt continenter occupati.

5. Quemadmodum animi perfectioni omnes student, sic proximorum commodis, et animorum profectui [a]. Nec enim solum uinctis seruiunt, sed etiam ad eosdem de diuinis rebus sermones habent; ex quo non mediocris fructus, X.º gratia, percipitur. Adducuntur enim interdum illi ad peccatorum confessionem, ut his proximis diebus accidit. Idem quoque in ualetudinario fieri solet, nam aegroti nostrorum exhortationibus recreantur, et confessione arcana purgant, sanantque animum [b]. Habentur etiam nunc plures conciones, quam solebant; tum quia concionatores a praelegendo uacant, tum quia auditorum numerus longe maior est, mulieribus toto hoc tempore feriato [c] ad nostrum templum confluentibus, quod reliquo tempore non licet. Habentur itaque in hoc collegio conciones [d] omnibus festis diebus, ad quod etiam munus obeundum, tum in urbis huius templo, tum extra moenia nonnulli e nostris mittuntur. Idem fit reliquo anni tempore, sed parcius pro maioribus nostrorum occupationibus. Efflagitantur enim nostri ad idem ministerium, ut ex eorum concionibus, quas uehementer approbant auditores, multum fructum percipiunt.

6. Continenter sanorum, aegrotorumque hominum confessiones a nostris audiuntur, et qui eius rei curam habent, ubi quenquam egestate premi intelligunt, illum omni ope iuuare conantur. Multi uero his exemplis ad rectam uiuendi rationem incitantur. Graues quorundam etiam inimicitiae [e] nostrorum opera extinctae sunt. Erant enim ex illis nonnullae primariorum uirorum, qui inter se capitali odio dissidebant. Cautum est etiam ne sibi quidam uiolentas manus inferret. Praeterea dissipatum est dissidium [f] multorum uicinorum, de quo uir quidam nobilis intelligens quanta mala ob eam rem imminerent, ad Patrem Rectorem scripsit obsecrans eum, ut ijs perditis hominibus succurreret. Alia quoque huiuscemodi officiose perfecta sunt, et tum ij qui ad amicitiam redibant, tum caeteri qui aderant, ad

---

a *Del.* magnopere student. — b animum *supra vers.* — c feriato *supra vers.* — d *Emend. ex* concionibus. — e *Praec. v. add. in marg.* — f *Emend. ex* dissipatum est *iteratum.*

confitendum deinceps peccata apud nostros adducebantur. Haec sunt quae Deus Optimus Maximus suae Societatis opera in his locis effecit; faxit idem, ut haec ad ipsius gloriam et honorem maiora in dies incrementa sumant.

7. Quod attinet ad studia litterarum, augetur adhuc numerus scholasticorum, seque nostrorum institutionibus in dies libentius assuefaciunt, ac studiose utuntur ijs, quae ad ipsorum profectum Societas [a] adhibere solet. Plurimi sepenumero ad sacrosanctam synaxim accedunt. Alij totius uitae crimina confessione eluunt; alij quoque optima spe adolescentes in Societatem admitti magnopere exoptant; ex quibus unus mediocri aetate, peritus linguae latinae, id iam diu magnopere contendens, idoneus [b] ad institutum Societatis, his proximis diebus fuit admissus. Versatus est ille biennio in primo gymnasio ea uitae moderatione, et morum probitate, ut caeteris condiscipulis exemplum quoddam esset, et incitamentum ad uirtutem [1]. Alij quoque cito, ut arbitror, recipiendi sunt. Hoc anno in studijs litterarum magni progressus facti sunt, quod et ex ipsis praeceptoribus constat, et scholastici in litterarijs exercitationibus, maxime in examinibus et orationibus, quas praemiorum causa composuerant, satis ostenderunt. Qui dialecticae operam dant, praesertim tyrones, multum etiam profecisse uidentur, et plerique magnam sui praebent expectationem fratres qui in eadem facultate uersantur; etiamsi his ferijs litterarijs se quoque in humilibus ministerijs exerceant, tamen singulis diebus statuto [c] tempore conferunt inter se quae audierunt, accedente etiam disputatione; quod etiam externi tyrones coram magistro suo in quodam gymnasio faciunt [d]. Habitae fuerunt publicae hoc anno ab adolescentibus, qui maiores in lingua latina progressus fecerant, ornatae et elegantes orationes, tum prosa, tum carmine. A caeteris autem inferiorum classium tres dialogi, quos etsi priuatim in suis quique gymnasijs exhibuerunt, ut litterarum amore incenderentur, tanta hominum, atque etiam nobilium multitudo ex urbe adfuit, ut publicum quoddam spectaculum uideri posset; magnam certe ea ex re omnes spectatores ceperunt uolup-

---

[a] *Emend. ex* Societatis. — [b] idoneus *supra vers.* — [c] *Prius* stato. — [d] *Prius* fuerint.

---

[1] In quodam catalogo eorum qui ingressi sunt Societatem in collegio eborensi (cod. *Lus. 43,* f. 332) dicitur sub num. 47: « Antonio Mendez fué admitido a la pr.ª probación a los 21 de Agosto de 1561 ».

tatem. Quo die publica praemia scholasticis distributa sunt, adfuit Pr. Natalis. Habitae sunt initio duae orationes praesenti celebritati accommodatae; altera ligata, altera uero soluta. Deinde eximio quodam apparatu uictoribus praemia data sunt. Nam praeterquam quod spectatorum numerus ingens erat, ipse etiam locus, nempe peristylium internum collegij, mirifice instructus [a], atque ornatus ex modulatis cantorum uocibus et instrumentorum per interualla repetitis concentibus, multum gratiae, et celebritatis accessit. Vltimo exhibita est quaedam ecloga non aliena ab eodem instituto; quam auditores primi gymnasij composuerant. Secuta sunt statim scholasticorum examina, et ex ijs qui apud nos idonei sunt inuenti (sunt autem hi non pauci), et qui aliunde, ut assolent, uenturi sunt; dialecticam hoc anno audire incipient. Superioribus etiam diebus orsus est quidam ex nostris docere pueros characteres literarum delineare. Sunt hi supra ducentos, inter quos nonnulli etiam uirorum nobilium liberi censentur. Essent uero longe plures, si sine discrimine quotquot uellent, admitterentur; quod hactenus non [b] est obseruatum; solum enim admissi sunt, qui ante hac in ludo elementario, Cardinalis opera et sumptu excitato, erudiebantur: sic enim expedire uisum fuit. Quo tempore studia [c] intermissa repeti solent, omnibus patebit aditus. Quantus sit huius ministerij futurus fructus, ex his initijs, uelut ex herba cepimus intelligere; solent enim parentes magistro gratias agere ob indolem, et nouae cuiusdam uirtutis semina, quae in liberis deprehendunt.

8. Quod ad huius collegij et academiae structuram pertinet, ultima fere manus utrique iam imponitur, perficiunturque nonnulla, quae necessaria uidebantur, ut honestior esset, atque commodior habitatio. His peractis, sic erunt omnia absoluta, ut nihil sit defuturum, quod et ad ornatum, et ad commoditates domesticas pertineat. Externum peristylium continet duodecim gymnasia, praeter aulam quandam publicae bibliotecae, et domum aliam, in qua pueri prima scribendi rudimenta edocentur. Est etiam iuxta ianuam paruum quoddam domicilium ianitori externo destinatum. In nostro templo deinceps promouendi sunt scholastici ad publicos gradus, quandiu aliud maius non extruitur, cum quo etiam quaedam cubicula nostro usui necessaria excitanda sunt. Singulari enim cura prospicit Cardinalis, ut hoc suum aedificium quam perfectissime absoluatur. Nec minus ea curat,

---

[a] instructructus *ms.* — [b] non *supra vers.* — [c] studia *supra vers.*

futuras. — **12-14.** *Contiones aliaque erga proximos ministeria.* — **15-20.** *Fructus ex sacramentorum administratione.* — **21-23.** *Institutae rogationes et decantatae litaniae instinctu Hosii Cardinalis, qui se nostris benevolentissimum exhibet.* — **24.** *Corporis afflictationes ad Ecclesiae bona obtinenda.* — **25-27.** *Discidia composita.* — **28-30.** *Carceratis et aegrotis auxilium fertur.* — **31.** *Curatur ut gravioribus malis remedium adhibeatur.* — **32.** *Collegii existimatio apud diversos populos crescit.* — **33-35.** *Acta in synodo strigoniensi. De collegio Neosolii erigendo tractatur.* — **36-37.** *Patris rectoris ad episcopatum transsylvaniensem afflictum profectio.* — **38.** *De collegii tyrnaviensis initiis.* — **39.** *Caesar viennense collegium pecunia iuvat.* — **40.** *De tyrnaviensis collegii fabrica.* — **41-43.** *Alia Caesaris beneficia.* — **44.** *Civitas viennensis locum horto et rusticationi accommodum nostris concedit.* — **45.** *Aliqui socii vota vovent.* — **46.** *P. Provincialis exemplo et hortationibus ad perfectionem excitat.* — **47.** *Cui imperator litterarium negotium commendat.* — **48.** *Sacerdos anabaptista ad Ecclesiam redit.* — **49.** *Religiosus moravus contendit ut nostri eius scripta liment.* — **50.** *Ecclesiasticus vir ab animi anxietatibus liberatur.* — **51-56.** *Confessionis sacramentum a sacerdotibus frequentatur; et vires suas mirabiles in illis et in aliis exserit.*

1. ✝ Ihs. Pax Chri. etc. Referam, Rde. admodum in Chro. Pater, vnis his litteris, praecipua quaedam eorum, quae in hoc caesareo minimae nostrae Societatis viennensi collegio Dominus Ihus. per inutiles seruos suos, proxime exacto quadrimestri perficere dignatus est.

2. Septem et quadraginta, qui hic sunt, instituti nostri memores ad Penthecostes festum vota sua imprimis, pro more nunquam satis laudato Societatis, maximo, non dubito, affectu renouarunt. Circa idem tempus non sine fructu, quod ex effectibus licet colligere, domestica offitia fuerunt distributa; ut et veterani milites labore leuarentur, et recentiores hac ratione instituerentur; deinde vero tanta pietate abnegationi propriae voluntatis student, tantique sunt in refrenandis proprijs animi aegritudinibus, ut frequenter gradum sistere, frequenter, vt [a]

a vt *supra vers.*

dici solet, fractis ceruicibus retrocedere (quae diuina est bonitas) cogatur antiquus humani generis hostis. Idem hoc temporis infenssissimus, si vnquam ante, sane nobis [a] atque molestissimus. Continent nos omnes in acie [b] hac strenue, Deo sit honor, Rector noster [1], atque magister Cornelius [2], totius collegij confessarius (qui duo soli apud nos sunt professi) et sex alij sacerdotes Domini, quorum vnus Adamus Heller, modo vicerector collegij, primitias suas Deo Opt. Max. in ipsis Pentecostes festiuitatibus pie obtulit. Hij [*sic*] itaque omnes precibus et sacrificijs, verbo, exemploque imprimis inculpatae vitae, ac singulari quadam industria id, per Dei bonitatem, efficiunt, vt et cadamus rarius, et surgamus citius atque feruentius, et pugnemus libentius, et stemus cautius, et vincamus iucundius. Poenitentias voluntarias multo frequentiores esse dixerim ipsis impositis. Augescit in dies magis magisque obseruantia erga maiores, mutua charitas, studium obseruandarum legum nostrarum; et ut semel hoc dixerim, ita charitate atque fraterno amore in Chro. Ihesu aestuant nonnulli, ut castigatione corporis vltro suscepta, plagis sibi ipsis impositis, tanta constantia aliorum peccata dellere, eorumque restaurare lapsus pia oratione apud Dominum contendant, quanta uix forte a multis credi possit. Equidem non dubito quosdam e nostris illud attigisse perfectionis fastigium, ut etiam anathema fieri a Christo pro fratribus suis cupiant [3]. Exaudiuntur autem pauperes Christi nonnunquam; tantoque feruore istis auxilijs ad cor nonnulli redire videntur, ut pium quemuis hominem, prae nimio gaudio, horum conuersiones ad Dominum adigere ad lachrymas possint. Sed de his plura, non dubito, daremus, nisi frequentes, ob rectam huius collegij, et aliorum, institutionem, distractiones [c] pernecessariae Rectorem, nostrosque alios Patres, quasi furtim a nobis saepe abducerent.

3. Missi sunt quatuor his mensibus hinc alio, magister Carolus Grim, dextra, ut ita dicam, rectoris nostri manus [d], Oenipontum; ut illic primo quoque tempore locum et suppellectilia

---

a nobis *supra vers.* — b aciae *ms.* — c *Prius* distractionem. — d manus *supra vers.*

---

1 P. Ioannes de Victoria.
2 P. Cornelius Broghelman.
3 Cf. Rom. IX, 3.

his praeparet, qui breui, Deo duce, eo mittentur [1]. Doctor Hermes [2] et Pr. Henricus [3] in Flandriam, breui, ut speramus, negotijs illic confectis, huc reuersuri. M. Volfgangus Maria [4] et Vrbanus [5] Pragam. Caspar Labacensis, et Pascualis [6], in Italiam. D. Saidel, Anthonius flander [7], Palma ad collegium tyrnauiense in Vngariam. Pr. Dauid Eckius, qui hinc Au[gu]stam versus profectus erat, Italiam reuisurus breui dicitur [8]. Dirigat horum Dominus Ihesus et iter et actiones, nosque tueatur omnes, pro bonitate sua, semper. Praeter hos quam plures alij de sententia R.di Pris. prouincialis [9], hinc, circa renouationem studiorum dimittentur; vt nostra abundantia aliorum sit supplementum collegiorum. M. Ogerius, Volfgangus Arcularius, ac Orthnerus [10] Augustam sunt profecti.

4. Insignes praeterea magnaeque spei adolescentes tredecim in nouo illo tyrocinio degunt, de quo alias ad R. P. T. scripsimus, a nobis et loco, et mensa, et exercitijs, et conuersatione, ut probationis ratio exigit, in hoc eodem collegio quidem separati, in eo vitae genere nostram sane fere omnium expectationem exemplo prorsus [a] superarunt, ac breui temporis curriculo tantum in virtutibus solidis uidentur profecisse, ut iudicio multorum approbationeque R. Patris Prouincialis ad studia, quae post vnum atque alterum mensem, Christo Ihesu bene propitio, restaurabuntur, merito illinc educi debeant. His succedent, paris expectationis, ut speramus, alij. Ex his tres tantum hocce quadrimestri proxime exacto, locum hunc, dignitatemque ac singulare Dei beneficium sunt consecuti; quorum vnus quidem flander, est diaconus; alter uero tyrolensis, venusta facie, corpore-

---

a *Del. v.* separa *imperf.*

---

[1] Cf. sis *Lainii Monum.* VI, 231, 233, 235, 353.

[2] P. Hermes Winghenius tornacensis, theologiae professor. Cf. BRAUNSBERGER: *B. Petri Canisii Epist.*, III, 151, annot. 5; 191, annot. 3.; 272, annot. 2.

[3] Secundum BRAUNSBERGER, l. c. 272, annot. 2, erat is P. Henricus Goch.

[4] De eo Cf. BRAUNSBERGER, ibid. 186, annot. 5: 718.

[5] Urbanus Frentzel bohemus. ibid. 718.

[6] Cf. ibid. 225, annot. 7. In catal. coll. viennensis anni 1559 censetur Casparus Textor labacensis, iuvenis 16 annorum. (Cod. *Germ. 131,* f. 216.v).

[7] De Antonio Guis flandro vide *Litt. Quadrim.*, VI, 608.

[8] De itinere P. Eckii multa invenies apud BRAUNSBERGER, III, sub v.o Eckius.

[9] P. Petrus Canisius.

[10] De Ogerio Davantiano vide BRAUNSBERGER, l. c. 223; Orthero nomen erat Ioannes (Ibid. 225, et Catal. mensis Oct. 1561, de quo paulo inferius).

que ornato; tertius viennensis, non indocti [*sic*]. Hic autem matrem, honestam matronam viennensem, multis atque assiduis pretibus [*sic*] exorauit, ut a parente imprimis, deinde vero a nobis rogatu suo impetraret, ne tantum eius tamque assiduum seruiendi Deo Opti. in Societate desiderium, uel a parente impediretur, uel a Rectore nostro, quem putabat se offendisse, a quo alioquin, ut filius, ille amabatur in Domino, retardaretur. Obtinuit matrona illa pia, quod suo ipsius, ac filij nomine, christiano affectu petebat. Adolescens vero Gabriel dictus, ut nomen, ita quoque animi puritatem speciemque angeli cuiusdam Dei immortalis ac Opti. Max. refert [1].

5. Fuerunt interea temporis plures qui non dissimili religione affectuque permoti, maioribus nostris suam hanc ipsorum animi sententiam notam esse voluerunt, ac, adhibitis etiam intercessoribus, numero nostrorum asscribi apud eos studiose contenderunt. Verum, qu[od] hoc tempore certas ob causas non sunt assecuti, id ipsum commodiori, Deo fauente, maiorique haud dubie cum fructu ac animi solatio assequentur.

6. Egit praeterea circa hoc tempus idem serio, cum rectore nostro (quem summo quodam affectu in Hungariam abeuntem est prosecutus, ac redeuntem amplexus) [2] vir quidam primarius, natione hyspanus, etate satis maturus, doctrina, prudentia, atque authoritate ad res magnas expediendas aptus, germani idiomatis peritus, et, quod ante omnia est commendatione dignum, insigni certe pietate atque religione, iam ab ineunte etate educatus exercitusque; serio inquam agit de abrumpendis huius mundi nequam tricis, atque pedicis, quibus grauissime impediebatur, quo minus totum sese statim Societati Ihu. traderet, eiusque fidei committeret gubernandum.

7. Eo autem proximis hisce diebus hac in re ventum est, vt quesita ac inuenta videantur media accommodatissima [a], quibus et negotia illa grauia admodum quae virum hunc pium quodammodo dilacerant, queque eius sunt generis, vt, citra con-

---

[a] *Del.* eo modo (?).

---

[1] In catal. coll. viennensis mensis Octobris 1561, in catal. ineuntis anni 1562 et in catal. mensis maii 1563 invenitur Gabriel Hartman, qui anno 1565 est in collegio pragensi (Cod. *Germ. 131*, ff. 241, 268.v; *Bohem. 89*, f. 12). Exstant etiam eius responsa ad interrogationes Patris Nadal. [II, 334].

[2] P. Victoria in Hungariam ad synodum tyrnaviensem profectus est. Vide inferius.

scientiae grauamen aliquod deseri posse quibusdam non videantur, citius [a] rectiusque expediantur, et compos tanti voti sanctius efficiatur. Faxit [b] Deus Omnipotens ne interea temporis subortae nebulae aliquae piae huic menti ex sese offundant tenebras.

8. Nomina, studia, officiaque domestica, quibus nostri hic omnes exercentur, vt sunt antea priuatis litteris R. T. P. nota, ita etiam ab alijs cognosci facile poterunt, ex eo indice, quem breui simul cum romano coniungemus, ac typis, ut alias, non sine spirituali solatio, ac fructu, fuit factitatum, committemus. Cuius exemplaria tot numero dabimus, vt harum quadrimestrium copiae correspondeant [1].

9. Inferiores scolae, tametsi aliquot abhinc diebus, ob pestis exortae timorem, fuerint occlusae quatuor (est enim magnus in illis studiosorum numerus), tamen neque praeceptores tempus suum frustra terunt, neque in altioribus classibus cessatum est a consuetis litterarum exercitamentis. Quorum omnium exemplaria [c], pariter atque authorum, qui hic praeleguntur, P. T. R. breui mittemus.

10. Numerus studiosorum et nobilitate et praestantia augetur in dies magis magisque; nec sane germani modo, sed omnium fere nationum huc cateruatim, huc aliquando concurrunt. Ex quibus duo inter alios primae nobilitatis vehementissime a [d] cardinali reuerendissimo Hossio sunt nobis commendati. Quodsi noua auditoria quae caessareae maiestatis sumptibus, hic apud nos exstruuntur, absoluta breui, ut speramus, fuerint; si ex Vrbe copia nobis fiet gratis eos promouendi, qui in hoc nostro gymnasio et litteris operam strenue dederint, et doctrina pariter

---

a cicius *ms.* — b Facsit *ms.* — c *Del.* ad — d a *supra vers.*

---

[1] Hunc catalogum invenit, et iterum edidit Bruxellis anno 1892 P. Sommervogel sub titulo: « *Les Jésuites de Rome et de Vienne en* M.D.LXI *d'après un Catalogue rarissime de l'époque* ». Et quidem catalogus romanus, ut in ipso dicitur, refert statum Societatis romanae sub finem mensis Maii 1561; catalogus vero viennensis mense Octobri scriptus videtur cum iam in eo recenseatur P. Hurtadus Pérez, qui die 25 Septembri adhuc Augustae versabatur (BRAUNSBERGER: *B. Petri Canisii Epist.* III, 233) et die 6 Octobris Ingolstadio Viennam versus profectus est (ibid. 246). Recensetur etiam P. Ferdinandus Jaén, qui ex Urbe profectus est exeunte mense Septembri (ibid. 227), et die 18 Octobris adhuc P. Canisius Augusta scribebat: « Nondum de adventu Doc. Jaen cognovimus » (ibid. 263). Ante finem Novembris concinnatus est catalogus, quia illo mense P. Victoria desiit esse collegii viennensis rector (ibid. 313).

ac pietate, facultatum gradibus, ut ornentur, meriti fuerint; ea sane est communis plurium sapientum sententia, ut non dubitent, quin sit vndique magnus huc ad nos, totius etiam nobilitatis futurus concursus [1]; illudque diuino tandem fauore maxime futurum sperem, vt, vel hac sola ratione et solertia illa, qua Societas nostra minima [a], pie in hoc genere officiorum erga studiosam iuuentutem vtitur, multae haereticorum scolae studiosis destituantur, ac prorsus desolatae, ut par est, iaceant; ad quas, proch [*sic*] dolor, non modo uariae farinae homines, sed primarij quoque viri, qui catholici et esse et haberi volunt, non secundos tertiosque filios, sed primogenitos etiam suos vndique, parum circumspecte, nescio quas ob paruulas commoditates, mittunt. Neque vident illi sane, quam sint ex hoc ingentia subsecutura mala. Sunt enim horum principum filij hi, qui olim (ut fert huius saeculi nequam conditio) tametsi deprauatj moribus et fide fuerint [b], ciuitatum tamen, prouintiarum, regionum apicem clauumque tenuerunt [c].

11. Haec mala, quia, quoad fieri poterit, uel sublata omnino, uel maxima saltem ex parte impedita exoptamus, in illud neruos omnes nostros intendimus, ut et collegij huius exercitamenta literaria sint quam optime pijssimeque fieri queat, instituta, et commoditates aliae plurimae studiosis huc confluentibus suppetant habitationum honestarum, librorum atque expensarum. Hanc rem D. Ferdinandi primi, domini nostri ac patroni clementissimi, insignis pietas, zelusque orthodoxae religionis erigendae ac propagandae, non parum promouent. Et sunt sane, Deo laus, eidem a consilijs viri primarij, quibus haec ipsa res, nostrique omnes conatus, et approbati sunt, et cordi. Dicam etiam hic quod ratio ipsa suadet, quodque mirum haereticis videbitur, ac magno animi solacio pij contemplabuntur. Praebet profecto non ita raro, nobis magnam quamdam spem, huius rei perficiendae serenissimus rex Maximilianus, qui ut humanissime nostros excipere solet pro

---

a nostra *iter. in ms.* — b *Del.* se. — c *Obscure exaratum in ms. Videtur script.* tenerñt.

---

1 Facultatem conferendi academicos gradus suis alumnis Pius IV per Breve « Exponi nobis » die 19 Augusti 1561 datum collegiis Societatis Iesu concessit (Cf. *Institutum Soc. Iesu*, I, 34-37); sed tum ob universitatum invidiam, tum ob professorum defectum, magna prudentia in privilegii usu opus erat; nec viennenses nostri hoc tempore illo privilegio usos esse constat. Cf. BRAUNSBERGER, l. c., III, 144-145; 151; 306; 313-314.

sua clementia, ita quoque petitos ab eo fauores, in causa maxime religionis, nec nobis, nec alijs, quod sciam, viris religiosis denegauit vnquam. Plura hic consulto his omnibus de rebus omittimus, commodiori tempore, et loco eadem fortasse relaturi maiori cum fructu.

12. Contiones nostrorum ad populum frequentissime etiam primarias ciuitatis ecclesias [a], toto hoc tempore habitae fuerunt, tanto omnium applausu, solacio, fructuque, ut certo constet, maiorem plerumque eo fieri concursum, ubi nostri contionantur, quam alio. Hinc est quod solemnioribus festiuitatibus, illisque temporibus quando frequentissimum religionis causa solet esse auditorium, non alio quam huc ad nos ab illis, qui curam templorum gerunt, concurratur obtinendorum e nostris contionatorum ergo. Neque ideo tamen vsitata erga infirmos atque incarceratos nostrae Societatis officia negliguntur. Magnam siquidem haec virtutum exercitamenta, quibus ratione instituti nostri sedulam impendere operam tenentur, populo huic viennensi aedificationem peperisse pro comperto habemus. De contionibus autem M. Gregorij [1] in templo nostro mira sane, Deo sit laus, sparguntur. Quidam enim nuperrime (ut de alijs taceam) doctor nobis amicissimus, ac vir fide dignus, et qui ob fidei catholicae defenssionem multa ab haereticis passus dicitur, has aliorum rectori nostro referebat voces: iuuenem hunc nihil aliud praeter euangelicam doctrinam contionari; mirabili facundia sanctitateque esse praeditum; plurimos ab haereticorum figmentis, ad solidam matris nostrae catholicae Ecclesiae [b] doctrinam, contionibus huius, nobis inscijs esse reuocatos; qua de re ipsimet gloriarentur, quorum aliquos affirmabat idem doctor (si recte memoria teneo) sibi et antea et nunc etiam temporis esse notissimos. Addebat ille quoque animi sui sententiam: totam nimirum Syllesiam haereticorum figmenta pedibus conculcaturam, ac ad sanam mentem redituram, si per annum saltem M. Gregorium Wradislauiae contionari contigeret *[sic]*. Huius contionibus atque alloquio spiritali matronam quandam honestam, quae ab aliquibus [c] energumina credebatur, grauissima quadam, vt multorum est sententia, agitatione melancholiae, fuisse liberatam [d] audiuimus.

---

[a] *Sic. ms., videtur tamen dicendum...* in primariis ciuitatis ecclesiis. — [b] *Del.* contio *imperf.* — [c] aligijs (?) *ms.* — [d] liberaratam *ms.*

---

[1] Gregorius Rosseffius.

13. Cum Reuerendissimo viennensi [1] non vacaret, ut antea saepe, coram S. C. M. contionari, iussit caesarea ipsius maiestas, quantum intelleximus, vt hinc aliquem acciperet e nostris, quem suo substitueret loco. Is vero fuit idem M. Gregorius.

14. Diebus quidem veneris mane in scolis nostris a M. Cornelio pro more latine, ab alijs germanice, dominicis vero, in templo nostro a Patre Pyringer doctrina christiana [a] frequentiori solito auditorio, et fructu vberiori, explicatur. Doctor etiam Christianus [2], contionibus suis gratus populo, frequenter diebus festis in scolis nostris, nonnulla e suggestu de festiuitatibus ipsis, deque virtutibus christianis auditoribus nostris proponit, auditu, factuque digna. Itali quoque, rudiores maxime, exhortationibus atque colloquijs spiritualibus non raro iuuantur a nostris.

15. Haec itaque atque alia pietatis officia, dum, pro more Societatis, a nostris solerter geruntur, magni, dubio procul, atque copiosi in hor[r]eum Domini segetum manipuli colliguntur; cuius rei vt multa alia sunt indicia, illud non ita incertum est, quod quam plurimi ad templum nostrum puro confessionis, contritionis, satisfactionisque sacramento. diuino beneplacito instituto, conscientias exoneraturi suas, pectusque inde christianum, ac varijs repurgatum vitijs, domum reportaturi [b] recurrunt; quorum ita copiosus est numerus, vt, etiamsi plures sacerdotes germani adessent, multi tamen a nobis, vt modo fit, parum solati cogerentur alio se conferre. Nunquam interim desunt, qui dominicis festisque diebus, post puram integramque suorum peccatorum exomologesin, sacra synaxi, proprias quidem sacramentaliter, nostrorum vero atque aliorum, qui spectatores sese exhibent, spiritaliter refocillent animas. Admirantur plurimi nouam hanc methamorphosin; quidam excitantur etiam tanto virtutis exemplo; alij, peractis sacris, quibus numerosus omnis conditionis atque status populus, summa attentione, summaque reuerentia interesse solet, ea, quae in templo nostro, quasi in abscondito, viderunt atque audiuerunt, vbique supra tecta praedicant, Societatemque hanc minimam nostram, eiusque exercitia christiano affectu, laudibus ad coelum usque prouehunt.

16. Est matrona quedam inter alias viennenses honesta, quae, dum afflictaretur magnis anxietatibus, nullibi extra templum

---

a christiano *ms.* — b *Prius* repurgaturi.

---

[1] Antonius Brus a Muglitz.
[2] P. Christianus Rivius.

nostrum (est enim ornatissimum) se posse inuenire solacium, in tantis suis malis, affirmare non verebatur. Paradisi loco templum nostrum habet, seseque ab angelis vocari cogitat, cum signo campanae sacris interesse admonetur. Verum ne leue hoc videatur, quasi a foemineo sexu productum; sunt primarij etiam viri, qui coram Caesare nostro, ut videor a quodam singulari nostro patrono audiuisse, ac alijs, affirmare non dubitant, nos hoc tempore solos quasi e liminio huc diuinum cultum reuocasse. Quos nisi Deus Opt. Max. solicitudine et pietate inclyti nostri Ferdinandi ex Italia huc adduxisset, actum [a], aiunt, iam de christiana pietate, cultuque diuino apud nos fuisset, et loco Christi non iam haereses, sed impium atheismum, nedum barbarismum passim haberemus.

17. Fuit item matrona alia honestissima, quae eadem pietate et affectu permota, insigne holosericum beatissimae Virginis altari consecrauit antipendium. Quae omnia eo complures permouent, ut diebus fere singulis, quisque pro ratione facultatis pijque affectus, pulchro aliquo munusculo templum nostrum exornent.

18. Miles quidam turcica tyrannide liberatus, cum de peccatis confiteretur, uideretque tantam rerum in melius mutationem, ita fuit prae nimio gaudio in lachrymas resolutus, vt neque proprijs conatibus, neque confessarij monitis, diu sese ab illis cohibere potuerit.

19. Nuperrime quoque factum audiui: duos ita pure fuisse cuidam e nostris confessos, tantaque religione, ut facta debita erroris abiuratione, ab illo, hylari animo, ad fidei christianae indubitatam veritatem redierint.

20. Communicantium vero numerus, eorumque affectus pietatis multo sane uberior, hoc tempore uidetur, quam anteahac vnquam. Est tamen flagellum quoddam Domini (sic enim sentio) quod ita misere germanis sacerdotibus hic destituamur, ut non raro poenitentibus ipsis fateri inuiti cogamur, nos non habere sacerdotum germanorum tantam copiam qui pijs eorum votis facere possint satis. Consolatur interim illud animos nostros, quod solemnioribus maxime festiuitatibus, tantus apparet feruor charitatis in illis, qui ad mensam accedunt dominicam, vt quod ipse proprijs oculis, non sine gaudio conspexi, non desint ex [b] astantibus, qui stupere propemodum, prae admiratione tantae pietatis videantur.

---

a *Del.* agere. — b ex *supra vers.*

21. Institutae fuerunt rogationes in templo nostro feria secunda vniuscuiusque hebdomadae mane suasu Rdissimi. Cardinalis Hosij pro foelici auspicio atque progressu generalis concilij, proque conseruatione totius Ecclesiae catholicae, ac eorum reductione ad matrem nostram, qui misere a Christo eiusque fide ad sathan ac impia illius dogmata defecerunt. Exaudiat diuina bonitas preces humilium pro re tanta suorum.

22. Decantantur more solito letaniae, intra ecclesiae ambitum, ab adolescentibus noui collegij, quos quidam e nostris iuuant atque dirigunt. Interfuit illis ipsemet Card.^{lis} R.^{mus}, quandiu hic fuit, summae cuiusdam religionis ergo, curauitque, vt alij etiam praelati interessent. Ea vero fuit huius nostri officij pietas, opinio, atque sententia praememorati R.^{mi} Card.^{lis}, vt publice diceret: Ecce quamprimum uos laetaniam coepistis, concilij oecumenij causa, decantare, omnia coeperunt recto ordine procedere; suntque vbertim nobis vndique optima allata noua. Tanta uero pietate Societatem nostram, nosque omnes praesul hic optimus prosequitur, ut hin[c] Tridentum discedere non prius uoluerit, quam collegium nostrum inuiseret, seseque, et causam religionis precibus nostris commendaret.

23. Excitati praeterea rogationibus istis quantum datur colligi, fuerunt non pauci viennenses, qui forte plus aequo dormierant. Cantabantur antea laetaniae diebus quidem dominicis et festis, post vesperas; sabbatinis vero atque sanctorum vigilijs ante nocturnam salutationem angelicam, eamdem ob causam praecipue, quod etiam num non sine augmento feruoris christiani populi obseruatur. Sed tamen visum hoc tempore fuit R.^{mo} superius dicto legato, ac R. P. prouinciali, qui tunc forte pro more uisitaturus collegium hoc nostrum aderat, vt die lunae post rem sacram, quam studiosi omnes nostri collegij de more quottidie [audiunt] [a], hoc idem ad destinatum aliquod tempus fiere[t]. Quamobrem, donec aliud nobis ab eodem P. prouinciali significetur, sanctum hoc institutum mordicus retinemus.

24. Hoc eodem tempore totum collegium viennense coepit inter priuatos parietes, circa noctis horam octauam, disciplinis, vt uocant, corpus macerare, ac laetanijs eandem ob causam potissimum, religione ac syncero affectu diuinum auxilium, per merita et intercessionem sanctorum, implorare, id quod laboriosius in hoc genere pietatis uidetur, in singulos collegas nostros

---

[a] *Hoc aut simile verbum desideratur in ms.*

ex aequo distribuendo. Perstamus, Deo laus, ea in re alacri animo; nec est sane vllus, quod sciam, qui non libenter tempus a R. P. T. nobis hac in re praescriptum in longius adhuc protrahi pateretur, si id ita fieri necessitas aliqua casu exigeret. Sequuntur vestigia nostra hac in parte, a longe quidem, et collegiati noui collegij et conuictores; tyrones vero nostri propius.

25. Consulto desyderia quorundam erga meditationes nostras, quibus a nobis exerceri [a] petebant, silentio nunc temporis inuoluuntur.

26. Composita pace inter duas honestas matronas, quae graui dissidio aliquandiu inuicem exarserant, id sumus consequuti gratia diuina, ut octauo quoque die iam pure de peccatis confiteantur, ac ad sacram mensam Domini accedentes roborentur.

27. Inciderant primates quidam in periculosissimam quandam animorum contentionem, odio quodam plenam atque liuore, et que longo tempore pluribusque occasionibus, eas iecerat radices, ut desperatum esset fere de eorum recontiliatione [*sic*]. Et videbantur siquidem graues satis intercedere causae, cur apud sapientes hocce, de re, esset iudicium. Placuit tamen maiestati diuinae, ut quidam e nostris vtriusque motus animae facili negotio temperaret, ac ad optatam concordiam reduceret.

28. Carceres more solito ac xenodochia uisuntur a nostris, pluribusque modis iuuantur. Quamobrem ut sunt oppido quam grata omnibus nostrorum istehaec [*sic*] officia, ita in eam quoque spem uenerunt afflictatim illi miseri, ut, tametsi ab omnibus destituerentur, non dubitent tamen, quin maximis in suis calamitatibus sint apud nostros alteram refugij petram habituri. Quod ubi tentatum est ab illis facile, non esse cur dubitent in huiuscemodi auxilijs spem quamdam esse collocandam, tum quod propensionem animi nostrorum ad pia haec exercitamenta omnes nouerunt, tum maxime, quod neminem lateat, quam sint primatibus omnibus secularibus, ecclesiasticis atque adeo Caesari domino nostro clementissimo, regi reginaeque Bohemiae serenissimis grati. Hinc nuper, antequam rector noster in Hungariam descenderet, factum est, ut uir quidam, cuius uxor ob graue quoddam delictum aquis erat suffocanda, cum a primarijs quibusque in hac aula uiris, quos plurimum sollicitauerat, id quod consequi cupiebat, minime obtinuisset; huc tanquam ad sacram, ut dici solet, anchoram concursum fecerat, adductis

---

a exercere *ms.*

hispanis quibusdam, quos gratos eidem Rectori putabat. Cum autem Rector nimis tarde hoc a nostris auxilium petitum intellexisset, id tamen efficere nitebatur, quod et factum est, ut supplicij, ac latae sententiae exsequutio aliquot diebus differreretur *[sic]*; donec uerbo tenus, aut scripto aliquo clementissimo Caesari animi sui afflictionem uir ille, desolationem filiorum coeteraque incommoda plene exponet.

29. Aegrotis ut opem ferrent per ciuitatem nostri frequenter his quatuor mensibus uocati fuere. Quod ut religiose, ita quoque cum multorum aedificatione ac solatio nostro fieri solet.

30. Est vir quidam Viennae cum honesta sua coniuge pietati deditus. Is frequenter melancholia quadam, aut nescio qua alia infirmitate, cunctaque suppellectili ad desperationem usque fere laborare solet. Verum tanta est eius pietas, tantusque erga Societatem affectus, ut vel sola praesentia nostrorum atque alloquio labore hoc molestissimo e vestigio liberetur.

31. Curatum est etiam ut vel mala quaedam grauiora, quibus passim Germania tota miserrime diuexatur, ex integro tollerentur, uel ijs modus aliquis adhiberetur, ne (ut maxime id antiquus hostis, pro scelestissima illa sua qua in genus humanum fertur inuidia, conetur) tam multi imprudentes opprimantur. Qua in re, quamuis non est forte optatis piorum semper pleneque effectum satis, non est tamen certe, Deo laus, frustra laboratum. Nam non ita libere aperteue, aut haereses sparguntur, aut grauiora mala perficiuntur. Imo uero acrius solito delinquentes qu[a]eruntur, et grauius puniuntur. Qui si serio conuertantur ad frugem meliorem, non admodum difficilem ad consequutionem veniae inueniunt aditum [a].

32. His itaque atque alijs huius generis officijs, quae nostrum a nobis institutum iure suo exigit, ita collegium hoc nostrum oppinionem illam ac spem, quam semel de se concitauit, tuetur; ac authoritatem, gratiamque apud omnes cuiusuis nationis ac status homines in dies sibi, ac Societati minimae nostrae potius, maiorem, diuina ope, comparet. Hoc autem in magnum Dei honorem maiusque proximorum commodum cadere, facile hinc euadet manifestum. Nam non modo austriaci omnes, sed bauari, bohemi, poloni, hungari, hylyrici, flandri, galli, etiam itali, hyspani quoque, atque slaui, atque croatae, mediocris altiorisque conditionis homines, filios amantissimos suos fidei nostrorum

---

a additum *ms.*

litteris ac pietate erudiendos committunt. Tot siquidem, tamque diuersarum nationum studiosi, in hoc nostro collegio inueniuntur. In magnis uero religionis negotijs componendis ac perficiendis, nostrorum opera in primis, magni etiam viri nonnunquam hoc tempore usi sunt Viennae; nonnunquam etiam omnem operam adhibuerunt, ut hinc alio secum, harum rerum expediendarum iam [a], aliquem e collegio abducerent. Et quo facilius id assequantur (non enim ita ociose panem suum viennenses nostri, Deo laus, comedunt, ut facile hinc alio, grauissimas etiam ob causas, proficisci queant), collegia Societati nostrae erigunt, aut de erigendis certe pluribus uerbis cum Rectore nostro ex animo agunt. Ac ne generaliter admodum hoc dictum uideatur, vnum atque alterum exemplum huc adferam.

33. R.mus archiepiscopus st[r]ygoniensis [1], summus cancellarius, ac a secretis regni Hungariae primarius apud Caesarem Ferdinandum primum, cum praeterito anno dioecesanam praesbyterorum tantum synodum Tyrnauiae indixisset, ac quemdam ex nostris iussu Caesaris hinc eo secum duxisset, ad cuius sententiam omnia sua consilia, et maiora synodi negotia (ut antea P. T. R. fuit plene scriptum) [2] efinxit, egit postea serio de tyrnauiensi erigendo collegio; quod Christi gratia, fabrica materiali excepta (quae tamen foeliciter iam, Deo laus, coepit exurgere) effectui est demandatum.

34. Hoc uero anno, cum pari ratione idem tentasset, ac apud Caesarem ursisset, descendit iterum quidam ex nostris ad repetitam synodum tyrnauiensem, ut R. T. P. Patrique prouinciali placuerat, vbi, praeter alia multa, quae, Christo laus, praeclare fuerunt instituta, atque expedita, illud tandem, quod videtur maximum, post frequentes anni praeteriti, atque huius, Patris illius, ad clerum latinas exhortationes; post priuata colloquia plura, post alia non pauca ad id eiusdem, atque aliorum consilio a R.mo accommodata media adhibita, sumus consequuti, ut omnes illius dioecesis, vno excepto, qui publice quidem, sed verbo tenus tantum, fuit depositus, ad catholicam fidem sacerdotes curate redierunt *[sic]*; qui, abiuratis haeresibus, constantiae et abdicandarum, intra certum spatium temporis, concubi-

---

a *Sic. ms. Fortasse prius scriptum erat* causa.

---

[1] Nicolaus Olahus.

[2] Cf. *Litt. Quadrim.* VI, 760-762. Hoc anno idem P. Victoria ad synodum tyrnaviensem est missus.

narum, quas pro vxoribus, putido ac nephario Luteri dogmate, habebant, graui praestito iuramento, flexis genibus, maximo cum astantium gaudio, absolutionem ab excomunicatione et censuris ab ipso episcopo quidam, alij vero ab eius suffraganeo susceperunt.

35. Hunc tam uberem fructum, nos quidem imprimis praememorati R.mi insigni pietati ac solicitudinj potius, quam ullis alijs tribuimus. Lachrymis enim uiuis, altis suspirijs e christiano pectore ductis, omnes eo, quo diuina opitulante gratia deducti sunt, redúcere contendebat. Ille uero contra, hoc ipsum facilitatis genus, propria aliorumque sententia, Societati huic minim[a]e defert. Quo fit, ut de quodam alio Nouisolij [1] instruendo collegio, deque prioris augmento, cum nostris non semel egerit; quod nulla ratione speret, se posse archiepiscopatuj suo prouidere melius, neque haereticos ad Christi fidem reducere citius, ac facilius, quam si in illis locis maxime collegia Societatis erigantur, vbi liberius ac periculosius uires suas auernicas exerunt illi, qui ciuitates, quas montanas uocant, quod in montibus sitae sint, quasque modis omnibus euertere nituntur, incolunt.

36. R.mus quoque transyluaniensis [2], episcopatu expulsus, modo nitriensis administrator, cum saepe alias opera nostrorum sit usus, tum maxime hoc tempore voluit, ac modis omnibus contendit, ut uel soli nostri ecclesiae nitriensi adessent, quando adfuturi erant aduocati sacerdotes totius illius dioeceseos, inter quos uenturus dicebatur pessimus quidam trinchiniensis parochus, reliquorum haereticorum quasi dux et antesignanus, nescio qua demonis audatia sperans, fore, ut uel solus, uir aliquando, ut audiuimus, parum doctus, catholicos omnes reuinceret. Egit itaque cum Rectore nostro per litteras instanter pius ille pater, ut uel ipse solus, uel cum sotio quouis alio, stato tempore ad se descenderet; uel certe quempiam alium ex nostris eo, nomine suo, si nulla ratione id ipse praestare posset, mitteret synodo adfuturum. Literae uero tanta erant pietate refertae, ijsque uerbis concinnatae, ut, uel lapideum cor ad fletum mouere potuissent. Declarabat abunde satis antiquae pietatis atque maturitatis praesul ille, quantum spei in hoc officiorum Societatis genere collocasset; ac ea pariter Rectori nostro tribuebat, quae sibi ipse arrogare uix vnquam fuisset ausus. Negauit se, quod

---

[1] Novisolii (Neosolii, Neusohl) anno 1661 tandem collegium Soc. Iesu erectum est. Cf. PACHTLER: *Ratio Studiorum*, III, p. XV.

[2] Paulus Abstemius.

petebatur, praestare posse Rector, hoc videlicet negotiorum genus, non tam suarum partium, quam prouincialis esse affirmans. Ille vero contra, negotium per imperatorem vrgere: tandem, misso, iam secundo, abbate quodam, qui nomine episcoporum Hungariae electorum preterito anno ad sanctis.[m] dominum nostrum Pium quartum missus fuerat, id a R.[do] P. Prouinciali, qui tunc forte collegium nostrum visitaturus aderat, obtinuit, ut Rector eo, stato tempore, se conferret. Verum ut sunt res huius vitae inconstantes, negotium synodi longe aliter, quam credebatur, cecidit. Nam cum pijs optatis tanti episcopi, et obedientiae (non tamen citra aliquod huius collegij incommodum) facere satis ille voluisset, commodo tempore hinc profectus, synodi desyderatissimae ac pernecessariae uestigium inuenit nullum. Erat enim nescio quas ob causas, magno sane incommodo, magnoque episcopi dolore in aliud tempus celebratio illius reiecta. Placuit interim diuinae maiestati ne Rector frustra illud itineris perficeret. Nam praeterquam quod illic collegij tyrnauiensis aedificium mediocriter promouit, in tanta mentis desolatione R.[m] prememoratum episcopum, tam diuexatum, tamque secum varia agitantem, ac nescio quae meditantem inuenit, quod uel hanc solam ob causam, iter multo longius emetiri, ac labores multo grauiores merito subire debuisset. Recreatus itaque maxime aduentu Patris R.[mus] ille in primis fuit; deinde suam totam animam quamprimum in Patris pectus ultro effudit; postremo eius consilijs, ac sententiae, absque vlla detrectatione, uir grauis acquieuit; nec latum sane, quod aiunt, unguem ab eiusdem Patris decretis ad hunc usque diem discessit in conficiendis negotijs illis, quorum consideratione atque grauitate vehementer angebatur, et quae longe alia ratione, ac ea quidem periculosissima certe pertractare, eodem plane die, quo Rector noster eo appulerat, secum statuerat. Negotia uero illa, Deo sit laus et honor, consilio, authoritate, qua non parum apud multos ualet, et opera dicti Rectoris feliciter sunt confecta. Tanto praeterea pietatis affectu Societatem hanc minimam nostram episcopus hic uere pius prosequitur, ut non aliam ob causam magis, regressum in Transyluaniam optare uideatur, quam ut munificentissimum quoddam illic nostrae Societatis collegium statim erigat. Quodsi nitriensis episcopatus hoc idem ferre posset, de nulla re prius cogitaret, quam ut vnam coloniam ex Vrbe Societatis nostrae obtinere contenderet. Interim uero summi cuiusdam beneficij loco reputaret, si precibus a R. T. P. alicuius e

nostris familiaritatem, quocum de rebus animae suae conferre libere possit, frequenter consequeretur.

37. His itaque exemplis, ne leuioribus recensendis aequo simus prolixiores, abunde satis quantum suspicor, constat, R.[de] admodum in Chro. P., quanta cum exaltatione nominis IESV ac proximorum fructu collegium hoc opinionem spemque de se concitatam tueatur, et authoritatem maiorem, vberiorem gratiam, non tam sibi, quam Societati, comparare studeat.

38. Dicam hic etiam quod fere fueram oblitus, initio huius quadrimestris relictos a Patre Rectore fuisse Tyrnauiae D. Seydll ac Anthonium Flandrum, ut mittendis circa finem Octobris proximi, non tam pararent locum, quam paratum disponerent. Postea uero missum fuisse Palmam, qui illic ageret cocum. Qua ex re illud, diuina gratia, effectum est, ut totus populus tyrnauiensis magno nostrorum teneatur desyderio. Mirum est dictu quanta sit nobis apud populum illum, eiusque vicinos conciliata gratia, quantaque authoritas comparata; partim doctor[is] Seydel gratissimis toti ciuitati contionibus, partim modestia, aliarumque virtutum insignijs, quae in nostris relucent; partim Antonij lectionibus; maxime uero, rebus illis, quae uel in hoc geruntur collegio, quas notas habent uiri illi boni, uel de eodem, deque tota Societate passim sparguntur, ut facile hinc sit sperare breui magnam illius populi ad optimam mentem atque frugem conuersionem. Haec sint satis de pijs nostrorum officijs ac de fructu, quem inde ad proximos emanasse nouimus. Iam vero pauca alterius generis, pietatis tamen monumenta, adijciemus.

39. Sub ipsis quadrimestris huius initijs, non tam impetrati sunt, quam ultro fere a M.[te] caesarea nobis oblati, floreni octingenti rhenenses, quibus hoc anno viennense collegium iuuaretur. Hanc eandem summam octingentorum, ut minimum, florenorum, annue nobis adiunctum iri, ad mille ducentos, quos annis singulis ipsius caesarea M.[tas] antea huic donauerat collegio, vehementer suspicamur. His omnibus floreni item rhenenses mille additi sunt, quibus fabrica nostri collegij, praeterito anno incepta, sumere incrementum [possit] [a]. Verum his de rebus scriptum antea R. P. T. fuisse suspicor.

40. Collegij item tyrnauiensis fabricae R.[mus] strygoniensis, nostrorum suasu poecuniarum imprimis opem huic tulit; deinde literae Caesaris ad strygoniense capitulum, et tyrnauiensem se-

---

a *Hoc aut simile verbum desiderari videtur.*

natum, per Rectorem nostrum sunt in Hungariam missae. His, (ut de alijs ad principes quosdam illius regni, eandem ob causam, missis nihil interim dicam) et affectu singulari, quo nostros tum capitulum, quam senatus prosequuntur, permoti, citra moram soluta fuit ex integro domus collegio empta. Translati quoque nostri ad eandem, bonorum auxilijs, eodem die fuerunt. Quam laetanijs, disciplinis, atque re sacra tunc primum dedicauerunt Deo. Eorundem opera patronorum atque amicorum empti statim lateres, non pauci simul cum calce domum aduehebantur. Muri autem veteres non modo tunc temporis deiiciebantur, sed per primarium Caesaris architectum, qui eo, iussu eiusdem, ad hoc fuit missus, futuri collegij designati (cuius exemplar breui T. R. P. mittemus) fundamenta, ex altero domus ueteris latere aperiebantur. Promissiones uero magnae a ciuibus factae, atque ex parte praestitae sunt. Quae si ex integro reddantur, ut speramus, decimam, imo uero, ut quidam aiunt, quartam expensarum partem totius aedificij facile excedent. Ad haec ursit idem Rector hoc institutum ulterius, non modo apud capitulum, sed apud alios quoque non absque fructu. Haec, trium spatio fere hebdomadarum, quibus nuper in Hungaria ille egit, Chro. Ihu. bene propitio, expediebantur. Neque enim prius illinc huc regredi ad nos uoluit, quam haec ipsa, quae modo retulimus, cum illis, que ad spiritualem fabricam, internamque collegij constitutionem spectant, conficerentur. Qua re cognita plures aedificati simul atque eorum animi excitati ad maiora uisi sunt. Quod cum, praeter mentem, scitumque Rectoris, ad legati apostolici aures, ac aliorum episcoporum peruenisset; primo quidem maioris hominem facere coeperunt; deinde uero Posonij cum huc reuerteretur, singulari humanitate apud R.^m Dnum. Quinque ecclesiensem [1] ab ijsdem fuit ad coenam uocatus atque exceptus, non citra quandam eiusdem animi desolationem; eam maxime ob causam, quod frequenter de rebus ipsius in eadem mensa, coram pluribus ignotis (quibus propter semetipsum incognitus fuisset libentius) honorificus nimium sermo institutus esset. Itaque nocte illa, qua hinc Posonium, recreationis ergo, R.^mus apostolicus nuntius se contulerat, quoque Rector ipse illinc huc erat profecturus, ui quasi Posonij detentus fuit. Sequenti uero die mane, peracta ab eodem re sacra, difficulter abeundi copiam consequutus, Viennam se contulit, constitutis, ut melius fieri potuit, rebus Tyrnauiae.

---

[1] Georgius Draskowich.

41. Experti praeterea sunt pragenses nostrorum auxilium uiennensium caesareamque liberalitatem his quatuor mensibus. Nam primo quidem octingenti daleri ad fabricam illius collegij; deinde uero trecenti annui, donec fundatio eiusdem plene fiat, et res oibienenses expediantur (quarum ad rectam dispositionem, seu commutationem, aut locationem ad emphyteosym, et missionem comissariorum, qui bona taxarent vniuersa, non parum est hoc tempore hic laboratum) a M.[te] ipsius caesarea tuto loco fuerunt assignati, ac, ut intelligimus, commodo tempore illis redditi.

42. Dedit praeterea M.[tas] ipsius caesarea clementissime ad reginam Galliae literas, Ferdinandi primi erga hanc nostram minimam Societatem uera pietate, ac officijs, plusquam paternis, plenas, quibus res Societatis in Gallia ex animo reginae commendabat [1]. Qua de re [ad] alios quoque regni illius proceres libentissime pariter atque clementissime scripsisset, nisi grauis quaedam causa, quam hic referre minime licet [a], intercessisset. Expeditae quoque fuerunt sub finem Iunij eiusdem caesareae M.[tis] literae, quibus archiepiscopo treui[r]ensi collegium illic Societati creatum uehementer commendabatur.

43. Consequuti praeterea sumus eadem Caesaris libertate [b] atque clementia sectionem centum mensurarum lignorum annue in proxima sylua: consequuturi non modo plura, si sint opus, ut reuera erunt, sed integram quoque syluam aliquam, si modo illa non admodum abhinc longe, atque ad fluminis ripam inueniri queat.

44. Concessit quoque ciuitas viennensis ampliorem locum, ubi et hortus honestus satis recreationis pernecessarius nostrorum, fieri, et domus debilibus atque conualescentibus apta aedificari poterit. Huius constructionem, (quam caesarea liberalitate perficiemus spero) ob lignorum poenuriam accommodatorum, M.[tas] ipsius caesarea in proximum ver censuit esse reijciendam.

45. Sub idem fere tempus, prouinciali huius collegij absoluta visitatione, M. Carolus Grim, tyrolensis, trium quidem votorum solemnem, Saluator uero subminister, Gratianus, atque Ramus [2],

---

[a] *Aut* libet: *ms.* lt. — [b] *Sic ms. pro* liberalitate, *ut videtur.*

---

[1] Vide p. 489.

[2] Hi vota voverunt die 2 Iulii. In catalogo de quo supra, Salvator sine cognomine ponitur. In catal. anni 1559 (Cod. *Germ. 131*, f. 210v et 236) dicitur S. de Vagune; in cod. vero *Austr. 122*, f. 2v dicitur Guilielmus Salvator Bascos hispanus. Ramos autem nomen erat Iacobus. Erat etiam hispanus.

coadiutorum, quos formatos vocamus, temporalium professionem, R.do Patri [*sic*] prouinciali rem sacram celebrante, pro more ac instituto Societatis fecerunt, non absque uberi spiritus, religionis, atque pietatis incremento. M. autem Cornelius, iam diu Romae, quatuor votorum professione[a], in Societatem professam cooptatus[1], eodem die in templo nostro, cum alijs quatuor praememoratis, vota, fieri solita ab ipsis professis, simplicia emisit.

46. Egit R.dus Pr. prouincialis eo tempore nobiscum quindecim, aut amplius, diebus, nosque omnes officijs humilioribus, se[r]uiendo mensis, ac exhortationibus tum communibus tum priuatis, ut ad honestissimarum virtutum perfectionisque apicem, quod nostrum a nobis institutum iure optimo exigit, contenderemus impellere nisus est. Fuit pergratus eius aduentus Caesari imprimis, ac alijs deinde primariae conditionis hominibus.

47. Dedit illi M.tas ipsius caesarea tunc temporis negotium quoddam literarium, ut laboriosum, ita, quemadmodum speramus, non inutile futurum; cui, antequam hinc discederet, finem imposuit. Suscepit illud imperator grato animo post discessum P. Prouincialis, ac uicissim librum cuiusdam quasi haeresiarchae nostrorum censurae subiecit.

48. Caeterum, cum adhuc nobiscum R. P. Prouincialis ageret, quendam sacerdotem anabaptistam apud R.mum Hosium, tunc apostolicum nuntium, consilio iuuit, atque fauore, ut ad catholicam fidem rediret. Is, cum deposita sacerdotis dignitate, lanificium apud illos aliquandiu, maiori credo studio uirtutis (non tamen secundum scientiam) quam impij illi ferre poterant, exercuisset, resipuit tandem diuina gratia ille; atque fucos, imposturas, impietatemque anabaptistarum aperte satis agnoscens, capta, aut potius oblata a Deo occasione, quas diutius quam debuisset traxerat, moras disoluit, atque ad nos confugit. Confessus est, ut uirum christianum decet, de peccatis in collegio nostro ac abiurata haeresi, humillime sumpta a R.mo praememorato Hosio imposita poenitentia, in gratiam redijt Seruatoris, rigore canonum prudenter temperato. Aegerrimo animo tulerunt illi quod italo cuidam catholico ad mortem decumbenti opem

---

a professionem *ms.*

---

[1] P. Cornelius Broghelman sollemnem quatuor votorum professionem emiserat Romae die 10 Februarii 1556.

tulisset. Scilicet: haec illorum est erga Deum et proximum insignis pietas, quae ad praeuaricationem, ac defectionem ab illis ad Chrum., bonum hunc sacerdotem coegit. Seruit iam pauperibus in xenodochio.

49. Circa idem tempus vir quidam Deo dicatus, pietate, doctrina authoritateque inter morauos facile princeps, ac insignis, ut ferunt, seraphici instituti contionator, cum semel atque iterum huc ad collegium nostrum diuersa opuscula, tam latina quam germanica, a se composita transmisisset, non acquieuit prius, quam eadem, quae nostrorum limae humilime submiserat, castigata reciperet.

50. Contulit eodem tempore maturus pariter ac pius, ecclesiastici ordinis, doctus quidam uir de animi sui anxietatibus, deque conscientiae timoratae scrupulis cum nostris non abque fructu.

51. Haec sunt, R. admodum in Chro. P., de quibus R. P. T. certiorem hisce literis reddere statuimus, ea, quae minoris uidebantur momenti, prudenter praetermittentes.

52. Extremam his literis imposueram manum cum e nostris quidam mihi retulit, quae, iam commemoratis ut adiungantur, non uidentur indigna.

53. Adeo infrequentes uisi sunt hactenus germani catholici sacerdotes ad sacramentum poenitentiae accurrere, ut quidam non indoctus alioquin (qui ex haereticismo, in quo fuerat natus, atque ab utroque, uel altero certe parente eiusdem farinae diu educatus, ad christianismum, ueritate eum compellente, sese constanter contulit) persuasum multo tempore habuerit, nullum esse catholicorum sacerdotum, qui uel confiteretur, uel ad id faciendum lege teneretur. Attamen effectum est, hoc tempore, Deo laus, exemplo et exhortatione nostrorum, ut maior sit in ipsis sacerdotibus, qui haeresim non sapiunt, erga sanctum hoc sacramentum feruor et reuerentia. Et, ut de alijs taceam, nuper quidam non est arbitratus se fecisse satis Domino, cui omnia uiuunt, ac seruiunt, quod frequenter confiteretur de uenialibus, nisi a confessario suo humiliter impetrasset fieri sibi copiam instituendi peccatorum totius vitae confessionem, ac maxime eorum, de quibus, num esset antea confessus, merito dubitaret. Hoc ubi factum est, contestim (quod alijs, ut est sacramentum poenitentiae saluberrimum, euenire non raro solet) serui illius Dei pietas, atque asseruandae animae puritatis cura solicitudoque uisa est incrementum satis suscepisse magnum.

54. Alij etiam pij poenitentiae obseruatores, absolutionem consequuti sacramentalem, confessarium vltro adierunt de medijs ad salutem adipiscendam conuenientioribus consulturi. Alij serio de restitutionibus quibusdam perficiendis egerunt. Alij ne, fictili quod portamus oleum spiritus in uasculo, deficeret; ita post susceptam gratiam, nouaeque legis sacramentum, vitam in melius commutarunt, ut mensibus singulis, ac maxime solemnioribus S.[mae] Virginis totius [*sic*] festiuitatibus, idem saluberrimum, ac medendis animae malis optimum, praesentissimumque remedium lubentis.[me] se reposituros affirmauerint; quod eos facere cepisse alacriter, constat.

55. Fuit inter hos quidam, a turpissimae necis, de [a] uxoricidij cogitationibus frequentibus per confessionem, Chro. Dno. laus, reuocatus. Quidam vero, eodem ariete euangelico, eo pie impulsus, ut cuidam quantum suspicor virgini datam matrimonij fidem, asseruaret.

56. Eodem remedio usus quidam obstinatam vindictae voluntatem, qua aduersarium a quo laetale vulnus acceperat viuere nolebat, pie deposuit. Is cum vita fere, ut medicis [videbatur] [b] fuisset [c] destitutus; illinito circa tempora per quendam ex nostris aceto, a morte est quasi reuocatus. Confessus est tandem ille, ut melius potuit, deposita vindictae anxietate, ac, eo tempore singulari quadam pietate, religione, atque cultu percitus, peregrinationem S.[mae] Virginis ad ipsius domum lauretanam pure ac sponte uouit. Mirabile dictu, cum demortuus crederetur ille, eiusque animam Deo per sacrificium missae confessarius illius commendasset, breuissimo temporis spatio, non citra nostrorum admirationem, ad collegij fores pulsat, sanitati restitutus; atque, cum honesta pariter ac pia uxore paratus ad lauretanum iter, votumque Deo et Matri reddendum, vtrumque sacramentum, poenitentiae et eucharistiae, iterum pro viatico deuote suscepit, christianaeque charitatis spiritu hac ratione confirmatus, sequenti, ni fallor, die, hinc Lauretum est profectus.

Superest iam, R. admodum ac nobis semper obseruande in Chro. P., ut humillime communes Patrum in Chro. ac fratrum nostrorum orationes et sacrificia frequentiora pro hac Dni. Sabaoth vinea a T. R. P. petamus, quod et facimus obnixe. Dnus. IHESVS, cuius sumus serui vndecumque indigni, in glo-

---

a se *ms.* — b *Hoc aut simile verb. desiderari videtur in ms.* — c fuisse *ms.*

riam S.mi nominis sui omnia conuertat. Viennae Austriae ipsis calendis Septembris, 1561. Ex commissione R.di P. Rectoris.

Indignus filius.

PETRUS HOLANDUS [1].

Fol. 94v : « Quadrimestres viennensium » *Additum alia manu*: del primo di Settembre 1561.

571

P. HIERONYMUS XIMENEZ

PLACENTIA 2 SEPTEMBRIS 1561 [2].

1. *De translatione SSmi. sacramenti in novum templum, et de ludo litterario hac occasione acto.* — **2.** *De scholasticorum profectu in bonis moribus, et de candidatis Societatis.* — **3.** *De falsis rumoribus contra socios sparsis.*

1. † Ihs. Muy R.do en Christo P.e Gratia et pax Christi etc. *[Scribit ex consuetudine]*. Estamos en este collegio diez y nueve: çinco Padres, y los demás hermanos. Tienen todos salud *[et ad religiosam perfectionem consuetis mediis tendunt, proximosque usitatis modis iuvare conantur]*. El número de los que freqüentan la confessión [a] y communión no ha cresçido por aver pocos confessores, aunque ha crescido la devoçión después que nos passamos a la yglesia nueva, la qual es tam linda y bien traçada, que pone mucha admiraçión a todos quantos la ven. So-

a *Emend. ex* las confessiones.

[1] In indice collegii viennensis ineuntis Ianuarii 1561 recensetur inter philosophos secundi anni (Cod. *Germ. 131*, f. 250); in catalogo mensis Octobris 1561 (de quo superius) ponitur inter eos qui Pragam missi sunt; denique in catalogo collegii pragensis ineuntis Ianuarii 1562 (Cod. *Germ. 131*, f. 312v) de eo haec dicuntur: « M. Petrus Hamersfordiensis vel Holandus annorum 22. In Societate 6 annis, in votis 4 fuit, corpore vtcumque robustus. In graecis valet et alijs prodest ».

[2] Ex origin. in cod. *Hisp. 98*, f. 322; prius 354. In ff. 337, 338 exstant duo exempla latina, quae cum hispano concordant, subscripta ab Alphonso de Heredia, Octavo idus Sept. 1561.

lennizóse mucho el día de la dedicaçión, hallándose a ella, no solamente los de esta çibdad, pero también muchos de los pueblos comarcanos. Hizimos vna muy solenne proçessión con el sanctíssimo sacramento, llevando delante la ymagen de S.ª Anna, cuya es la vocación, y todas las cruzes de las yglesias de esta çibdad, porque ansí lo mandó el señor provisor. Yvan con nosotros los compañeros, que llaman, de la yglesia mayor; quatro de ellos con capas y çetros, los demás con sobrepellizes, y algunos de los canónigos y dignidades con todos los cantores y música de la yglesia mayor; y çierto era cosa de veer las calles por donde pasava la proçessión, quam bien entapiçadas y enrramadas estavan con muy ricos altares y fuentes de agua de azahar; y finalmente con tanto aparato, que, según dizen, nunca proçessión de el sanctíssimo sacramento se hizo aquí con ygual veneraçión y solennidad: bendito sea nuestro Señor, que claramente vimos el amor y devoción que toda esta çibdad tiene a la Compañía. Hizo más solenne la fiesta vna tragicomedia que se representó el mesmo día sobre la reaedificaçión del templo de Salomón y libertad de la captividad de Babylonia. Agradó tanto a todos, que nunca acaban de loar ansí el argumento y artifiçio de la representaçión, como los representantes, que fueron los studiantes de nuestra scuela, los quales dieron mucho lustre a todo el studio; y ellos quedaron muy más affiçionados a los exerçiçios de letras [1].

2. Pero porque he començado a hablar dellos, sepa V. R. que en lo que toca a las costumbres van cada día aprouechando, como paresçe en tres dellos que han pedido con instançia la Compañía, y en otros que están para entrar en otras religiones. Dos también studiantes han hecho los exerçiçios y salido bien aprouechados y con buenos propósitos. Vn clérigo rico, ya de días, los hizo el mes passado, y pide muy de beras ser admitido en la Compañía. Lo mismo pide con instançia otro saçerdote, pero todos diferimos para quando venga nuestro P.ᵉ Nadal.

3. No dexaré de dezir (pues también conviene gloriarnos en la cruz) lo que los días passados acaesçió; y es que el corregidor desta çibdad rescibió vna carta de vn médico del rey, que estava en Toledo, en que le hazía saber cómo vn Padre de la Compañía, grande predicador y muy cognosçido en esta çibdad,

---

[1] Vide p. 308 ad finem. Ampliorem huius translationis et templi novi descriptionem dat Historia ms. collegii placentini, cap. 12 et 13. Ibi etiam dicitur ludi auctorem fuisse Alphonsum de Heredia, rhetorices professorem.

avía sido preso en Sevilla por la sancta inquisiçión. El corregidor, como si se embiara para toda la çibdad, ansí la mostró a todos, y luego cresçió el número diziendo públicamente que también el P.e Rector [1] estaua preso en Valladolid, y que a vn hermano avían sacado desta casa antes que amanesçiese para llevarle a la inquisiçión; y otras muchas cosas, que dexo por abreviar. Plugo a nuestro S. que con la diligençia que de nuestra parte se puso, dentro de pocos días vino el médico a screvir [a] al corregidor, cómo lo que avía scripto al corregidor era falso, que avía levantado vn émulo de la Co[mpañía] [b] y que en consçiençia le encargava mostrase esta segunda carta a todos los que leyeron la primera. Y a[nsí] lo hizo; con lo qual, no sólo se conservó, pero también se aumentó la buena opinión que se tenía de nuestra Com[pañía]. [*Valedicit etc.*] De Plazencia 2 de Septiembre de 15[61].

De V. P. indigno hijo en Chr.o

† HIERÓNYMO XIMÉNEZ [2].

In margine [Pla]zentia. 61. 2. Sept.

572

CAROLUS SAGERIUS

BILLOMO 3 SEPTEMBRIS 1561 [3].

1. *Persecutiones contra nostros fere exstinctae sunt.* — **2.** *Mimatensis episcopus duos socios ad dioecesim lustrandam petit.* — **3.** *Excursus ad vicina oppida, ex quibus opera datur ut haeretici expellantur.* — **4.** *Scholasticorum numerus, mores, litterariae exercitationes. Eorum non pauci Societati ascribi cupiunt.* — **5.** *Aedium exstructio.*

---

a *Prius* escrevir. — b *Consumpta charta hic et inferius in extremis versibus.*

---

1 P. Martinus Gutiérrez.

2 Vide p. 17.

3 Ex autogr. in cod. *Gall. 79,* ff. 257-258; prius 443-444 (303-304).

1. Ihs. Pax Christi. *[Scribit iussu P. Rectoris]*. Nec enim hoc loco magnopere necesse habeo commemorare quae et quanta fuerit moecenatis nostri, pie memoriae [1], in Societatem vniuersam voluntas; quam se deuinctum illi addictumque moriens significarit; qui se suaque omnia in illa quidem certe videtur posuisse; quod exitu magis, quam principio, cuique nostrum compertum exploratumque satis esse potuit. Dum enim testamentum componeret suum, videbatur nos solos ex omnibus quasi haeredes scribere velle, mentionem nostri crebro iniiciens. Deinde cum se a nobis ad alios mente conuertisset, nos ex animo nunquam deponens, identidem in nostri recidebat memoriam; et quasi eius referbuisset in nos animus, eodem potissimum relababatur oratio. Eius incredibilis in nos benevolentia, et authoritas in omnes, fecit vt dum viueret, quam honeste apud omnes audiremus, in honore ac praetio haberemur, coleremur omni obseruantia a ciuibus nostris. Admiranda eiusdem liberalitas, eo extincto, multorum, etiam domesticorum ciuium, simultates, inimicitias, obtrectationes et odia in nos concitauit. Nostris itaque in rebus in tantam inuidiam adductis, dum ita [a] versaremur, didicimus id quod nouimus ab initio Societati vniuerse vsuuenire, nullo videlicet eam loco constantem firmamque esse posse, nisi sua in cruce fundamenta, salutem atque praesidia collocaret. Videbam mirari nostros quid esset quod initio sui in Aruerniam aduentus ab omnibus summa exciperentur comitate, beneuolentia, amicitiae etiam salutationibus; commendaretur eorum industria, eruditio, labor, pietas. Mutatis autem ita fortunae velis, fierent fabula omnibus, irriderentur, omnium (exceptis perquam paucis) subirent calumnias et inuidiam; nihil amplius fieret doctrina; vita moresque improbarentur, desertos denique ac solos in cruce Chri. paterentur omnes. Postea rediisse (nostros, inquam) ad sese atque iudicasse hoc ita sinere Deum [b] deprimi nos et quasi conculcari ad tempus, qui tot ante tantisque elati laudibus fueramus, vt et nostra probaretur modestia, et in Deo defixam potius quam in hominibus spem ac mentem haberemus. Istas vero tot et tantas tragoedias pecuniae atque facultates nobis ab episcopo legate suscitarunt.

---

[a] ita *supra vers.* — [b] *Del.* fieri.

---

[1] Gulielmus a Prato (du Prat) episcopus claromontanus, qui die 22-23 Octobris 1560 in oppido Beauregard obierat.

Nam dum plerique ex variis partibus in alienam possessionem conarentur irruere, et illas nobis iure mancipatas opes occoeperunt, volunt os cingere, illas quo facilius e manibus nostris extorquerent, labefactare vitam singulorum, eruditionem, praeceptorum nostrorum paruitatem, institutum etiam criminari ausi sunt apud senatum parisiensem. Huius totius perturbationis et calamitatis authores fuere clarmontani ciues; qui, cum viderent magnum illud auri pondus legatum nobis, magno fore, si consequi possent, vsui sibi et ciuitati sue commodo, dum se solos profitentur heredes, nomine pauperum clarmontanorum, Lutetiam proficiscuntur nouam decreturi contra nos quaestionem, et suis coeperunt, haud scio quibus et quam iustis rationibus, suam esse pecuniam affirmare; in quo silentio premam quot et quantas in nos calumnias produxerint, dum nos incognitos, externos et ex barbaris vnum in locum coactos nationibus, parum fideles, rudes et ignaros et pleraque alia [a] criminum [b] genera, quae tacitus praetereo, obiecerunt. His tamen prudens senatus non ita facile obsequitur atque audit, quin prius diligenter verba testamenti appendant, et ex illis voluntatem eliciant et consequantur episcopi; qua tandem cognita, statuit nobis iure eximi non posse pecunias quas nobis vtendas fruendasque reliquisset episcopus. Cum itaque vident illas se obtinere minime posse, cum autem nihil de nobis, at tantum de facultatibus essent soliciti, aliam paulo humaniorem meditantur viam, ac de integro litem aduersus ciues nostros mouent, vt collegium nostrum Gergouiam [1] transferretur; nec tantum de pecuniis, sed de nobis etiam consequendis agebatur, clarmontani sue ciuitatis nobilitatem, situm, commoditatem exponentes; contra nostri ciues altera ex parte voluntatem episcopi, consuetudinem suasque alias plerasque rationes asserentes. Tandem vt victi discesserint clarmontani, ecce vero bilhiomei ciues et canonici easdem pecunias, vt in vsum proprium conuerterent, et clarmontanis earum spem omnem adimerent, Lutetiam pariter adeunt, suam exponunt in senatu causam; et dum ad nos veniunt nomine fauoris atque praesidii, omnem vultu simulantes beneuolentiam et opem; seque se ac suas facultates pro nobis contra clarmontanos expositurros; absentes postea, suis vt inseruiant commodis, nos cu-

---

a alia *supra vers.* — b criminorum *ms.* (?)

---

1 i. e. Clermont-Ferrand.

niculis oppugnant, vrgent conuitiis, in suis conuitiis et publicis coronis produnt, omnes abalienari incipiunt a nobis, toruis nos intueri oculis, vix dignari loqui, digitis vnumquemque nostrum monstrare, nostrum minitari discessum, clamitare et crebris vsurpare inuidiose sermonibus nos publico senatus parisiensis decreto reiectos et exactos e Gallia. Ad haec etiam in causa sua fortius persequenda (sed id maxime in causa [a] clarmontanorum) episcopi parisiensis, doctorum, franciscanorum, dominicanorum, carmelitarum, augustiniensium, puerorum etiam quos vulgo rubros vocant [1], in nos proferunt [b] inuidiam, vt vi maiore nos spe omni disturbarent, suique voti existerent compotes: neque enim tot tantorumque hominum in nos [c] consensus et conspiratio [d] ad debilitandam et infringendam nostram causam parum habebat momenti. Ita nobis perquam varius negotii exitus fuit, vt animi penderemus omnes quid agendum foret. Quare christiana magis et relligiosa, ac saepe in Societate, talibus in causis, vsurpari solita consuetudine fulti, quam humanis tecti praesidiis, spero, orationibus, abstinentia, perpetiendis flagris, aduersariorum fuisse consiliis peropportune occursum; vt cum magne essent aduersae nobis ciuitates, vix pauci a partibus starent nostris, contradicerent prope omnes, nullum tutius putauimus quam in Deo perfugium. Quadraginta horarum spatio perpetuate preces sine intermissione; multe honestae mulieres cum aliis optimis quibusdam ciuibus non cessarunt [e] die quoque veneris ieiunare, flere nostram vicem, aliaque pietatis exercere opera, vt a Deo pro nobis supplices rerum omnium integritatem impetrarent. Sic sensimus pedetentim opprimi omnem in nos et episcopi, et doctorum, et mendicantium inuidiam, vt iam Dei beneficio sedatos placatosque existimemus. Atque dum ita se res habet, senatus interim decreto facto aduersariis omnibus incoeptum cursum intercipit, quo minus progredi longius possent [2]; quod cum per sex latuisset menses, nec illis venisset in cognitionem nostre cause dilatio, et illo decreto ad concilium proximum reuocatio, nihil tale cogitantes (aduersum enim senatum nobis rati decretum [f]

---

[a] in causa *supra vers.* — [b] proferunt *supra vers., deleto alio v. quod legi nequit.* — [c] in nos *supra vers.* — [d] et conspiratio *supra vers.* — [e] *Del.* diebus. — [f] *Praec. v. obscure exaratum.*

---

[1] Alumni cuiusdam hospitii parisiensis ex vestium colore ita vocati.
[2] Vide sis *Epist. PP. Broet...* 252.

quidpiam contra nos suspicabantur fore) a coeptis nihil desistunt, quin etiam pergunt vehementius. Statim vero atque patuit prodiitque in lucem, iam remisius agere, operamque atque suas se [a] facultates inutiliter abuti secum cogitant, sibique fore putant consultius si, re minime perfecta, cederent nobis. Quando itaque [b] vident nos omni ex parte in ius asseri pecuniarum sententiis senatus, alias machinantur insidias nobis, eamque fere controuersiae formulam componunt, se pecunias quidem nolle (nec vero eas in iudicio poterant consequi), sed earum principatum atque dominatum ad se spectare, cum affirmarent non nobis, sed vrbi ab episcopo esse relictas; quare, si admitteremur quidem in Gallia, fore nos scholarum moderatores, ac nobis (dum pecunias tenerent apud se) quicquid esset ad victum cultumque corporis opus [c] dispertituros: sin nobis ius Societatis in Gallia negaretur, illas pro animi sententia praeceptoribus aliis in gratiam scholarum collaturos. Has autem adducebant in medium rationes: quia illis abuti et profundere videremur posse, posthabita muneris nostri ratione. Nihilo tamen magis quam antea proficiunt, sed factis sumptibus magnis incassum, aliqua ex parte suam agnoscunt culpam; atque quo honestius se purgarent apud nos, omnique liberarent inuidiae suspicione et odii, nos conueniunt de re leuis momenti acturi; quorum petitioni facile acquiescendum Patres nostri putarunt, modo nihil episcopi voluntas, quo minus impleretur, impediretur, nec quicquam collegii nostri commoditati officeretur. Factum itaque tandem, Domini virtute, vt qui ante extitissent inimicissimi, sint nunc nobis coniunctissimi, nostramque causam tueantur. Id maxime mirum plerisque fuit, quam repente nostri ciues sententiam mutarint, quam cito reconciliati nobis fuerint, qua postea beneuolentia et studio polliciti sint omnem suam operam et industriam: qui cum ante nostrum e Gallia exoptarent recessum, nihil nunc habeant in vrbe sua nobis optatius; idque vnum maxime metuunt ne in concilio approbetur recipiaturque Societas. Quare vrbis consules omnem adhibent diligentiam, totaque ciuitas in procurando totius Aruerniae de nobis testimonio. Haec sane nos vna res vehementer solatur, P. R.de, quod eorum opera perfectum sit, vt tres ordines pontificius, ciuilis atque nobilium, ac tredecim praecipue Aruerniae ciuitates, vno communique consensu, satis magnifice collatis signis pro nobis attestarentur, tabellisque confirmarent quid in Aruerniam

---

a se *supra vers.* — b itaque *supra vers.* — c opus *supra vers.*

commodi, laudis et fructus ex Societate veniret; vt in concilio collatis vnum in locum, perspectisque tam nobilium quam ciuium Ecclesiaeque presidum testimoniis, nihil vetet quo minus in Gallia admittamur. Clarmontani (qui in eo existimantur multum habere ponderis) suam etiam nostri gratia vocem dederunt. Qui eo nos animo et studio prosequuntur (licet ante illis non fuerint inimici nobis capitaliores), vt nunc dicant [a] se erecturos Societati in vrbe sua collegium, ex iis que pauperum reliquae forent pecuniis, que multe et magne sunt. Nobiles cum regi pro nobis supplicarent, tantam nostri in Aruernia necessitatem attestati sunt, vt nisi eos omnes vellet hereticos, [b] impios, ignaros et rudes, Societatem illum probare et recipi iubere oporteret, cum concionibus, exhortationibus, lectionibus, confessionibus, visitationibus aliisque piis operibus religiosorum Societatis vniuersa Aruernia in officio relligionis contineatur. His omnibus suffragiis facta, opinor, propensa in nos mater regina, rex, cardinales quinque magne authoritatis [1], multique ex senatu parisiensi se praedicant [c] ad subsidium nostri [d] paratissimos. Haec nostra Societas quo maius est ad retinendam in fide et pietate Galliam (si recipiatur) momentum habitura, eo maiora illi sathanas infert impedimenta. Quam egregios video ingenio, et doctrina exquisita praeditos animum adiuncturos Societati, vbi illam viderint florere. Noui ego plerosque eam ob causam fuisse a nostra Societate alieniores factos, quod in Gallia approbata non sit [e]. Moriaci ciues bilhiomeis se adiunxerunt, vt maioribus [f] opibus ex hac illaque parte, Societatis nomine quod dudum optamus, obtinerent. Non videtur aliter fieri posse, quin (T. etiam R.ª ad id precibus suffragante nostrisque Patribus et fratribus) aliquid in concilio statuatur vnde iure laetari Deumque animo maiore laudare debeamus; licet tamen parati ad omnem euentum simus [2].

2. Episcopus Mendarum [3], moecenatis nostri demortui frater, scripsit ad Patres nostros se nostrorum teneri vehementi studio, eorumque magnopere desiderare consuetudinem, duosque postulauit, qui suum obirent episcopatum et concionibus, confessio-

---

a nunc dicant *supra vers., deletis* sint polliciti (?). — b *Del.* et. — c *Praec. v. obscure exaratum.* — d nostri *supra vers.* — e *vv.* quod-sit *in marg.* — f *Del.* ex.

---

[1] Vide pp. 487-488.
[2] Vide p. 488, annot. 4.
[3] Nicolaus Dangie. Cf. *Lainii Monum.*, VI, 26.

nibusque, omni opinionum prauitate perpurgarent, ea spe vt nobis aliquando collegium erigat. Ille autem est a secretis et consiliis regis nauarrensis [1], vnde coniecturis auguramur quanto nobis opere illius beneuolentia et patrocinium adiumento esse queat. In eo quid facto sit opus, tuae R.^{e}, vt par est, relinquimus iudicandum.

3. P. rector [2] cum esset canicularibus diebus vicissim data ad breue tempus scholarum intermissio, nostris concessit praeceptoribus votiuas legationes, in quibus obeundis sunt magna cum expectatione et fructu concionati. Saepius vero aliquos in vicina oppida diebus festis concionatum amandat; ac nostri quidem multis in locis expetuntur, lubenter eos audiunt, multumque illis deferunt, plurisque faciunt quam caeteros omnes alterius [a] generis concionatores, vt illis concionandi locum adimant, nostris vt conferant, quamquam nec cedant illi inuitus *[sic]*. Commendatur in eo Societatis causa Deus, quod iam increbuerit sermo Tholosam vsque atque Lutetiam, Aruerniam monstris carere, iis presertim in partibus, in quibus nostri degunt, concionantur aut consuetudinem habent aliquam. Et vero datur opera, vt pellantur ex proximis nobis vrbibus heretici. Nam cum viderunt illi nos moecenate orbatos, praesentiaque M. Roberti [3], coeperunt elato animo insurgere in nos, calumniari, nonnullos peruertere, populum contra nos irritare, Maroti psalmos [4] palam canere, noctu lapides in fenestras nostras mittere, laetari quod sperarent nos omnem amisisse authoritatem. Haec cum viderent nostri Patres, sententiam de hereticis in vincula coniiciendis, et iis omnibus in album referendis, qui de iis aliquid nouissent, ab officiali contenderunt. Quare alii aufugerunt perniciosi omnino nostris discipulis. Vnus erat in vrbe maxime infestus nobis, quem metuebamus scholas nostras disturbare, qui nisi extremum obiisset breui diem, confirmatus, opinor, ante sacramentis, dederamus operam vt abigeretur. Nunc ne vnus quidem auditur. Duos quosdam huius generis homines, quorum alter nobilis octo annos nec confessus fuerat nec sacrum Domini receperat corpus,

---

a omnes alterius *bis repet. in ms. in fine fol. et initio sequentis.*

---

[1] Antonius Borbonius.
[2] P. Guido Roilet.
[3] P. Robertus Claissonius.
[4] Clemens Marot psalmos in linguam gallicam ligata oratione convertit. Cf. *Litt. Quadrim.*, VI, 953.

nisi simulato fictoque animo, in viam spero nostrorum opera reductos et in fide confirmatos. Tres sunt Patres vna cum rectore, qui confessionibus vacent, quibus scio plerosque a grauibus periculis tectos fuisse ac sartos conseruatos. Veneruntque nobiles quaedam mulieres ex remotissimis locis, vt et confiterentur nostris et eos consulerent quid faciendum esset plerisque in rebus, in quibus haesitabant. Patres quidam inuiserunt monasterium monialium, quarum audierunt confessiones, multarum quidem generales, apud quas etiam sunt concionati magno certe ipsarum commodo, cum ante variis agitarentur modis, nec satis nossent sue rationem professionis atque proposite vite; quare ex cognitione nostrorum maximis se obstringi Deo beneficiis dicebant, et illae [a] certe diu noctuque pro Societate orant. De more diebus dominicis concio in magno templo, magno etiam cum fructu, habetur.

4. De scholis pauca sunt illa quidem, quae dicam, quas ornat certe et commendat honesta selecte iuuentutis frequentia; vt etiamsi in proximis ciuitatibus quidam sint et doctrina et vsu atque exercitatione commendati professores, nomen tamen scholis nostris non praeripiant, nihiloque videantur deteriores. Sunt autem numero plus minus mille et ducenti; in quibus erudiendis et ad omnem humanitatem informandis, lubenter commemorauero nostrorum fratrum diligentiam (ne me illis et tardiorem negligentioremque moleste feram), quos video insudare et omnem adhibere operam, studium atque tempus, vt illud suum munus pro dignitate compleant. Exercitationes scholastice, declamationes, disputationes, scriptiones crebro exiguntur, cum insigni discipulorum promotione; et vt illi singulis quibusque mensibus, aut etiam saepius, confiteantur, prospicitur diligenter. E quibus sunt plerique qui octauo quoque die id perficiant nobiscum, quique magno Societatis flagrant amore, seque in eam cooptandos tradidere, vbi primum P. Rector id viderit tempus postulare; ac bonis et litteris et moribus imbuti, cum parentes reuisunt, mirum quantum in illis suo exemplo pietatis excitent studium. Audiui ego dum parentes quidam dicerent mirari se liberos antea tam petulantes et insolentes, modestissimos et ad omnem honestatem informatos ad se redire, vt eorum non parum mouerentur et pietate et sanctitate. Tres bone indolis et eruditionis ex nostris discipulis in Societatem admisit P. Rector,

---

[a] ille *ms.*

quos Romam vna cum dno. Ludouico [1] misit [a]. Plerique alii [b] magne expectationis breui sunt eamdem ingressuri.

5. Collegium nostrum valde promouetur, templumque nostrum mense Octobri absolutum iri speramus, vt eo tempore funebres exequie episcopi perfici queant, atque in ea [c] aede illius corpus inhumari. Quo etiam tempore et loco comoedia, disputationes, declamationesque habebuntur, vt virorum nobilium et litteratorum, qui tum aderunt, expectationi, quoad fieri possit, cumulate respondeamus [d]. Haec mihi visa sunt tuae R.de Paternit. scribenda; reliqua coram exactius meliusque ex dno. Ludouico nouisse poterit T. R.. Vale in Chro., P. R.de, nosque omnes incolumes (vt optamus maxime) habe Deo commendatissimos, quem oramus vt te seruet incolumem. Bilhiomi 3 Septemb. 1561. T. R. P. inutilis seruus.

CAROLUS SAGERIUS [2] [e].

Exciderat mihi e memoria id vnum, quo magnopere recreamur in tantis fluctibus perturbationum, videlicet quod heretici etiam non modo verbis, sed scriptis libris, in nos inuehantur suamque exacuant facundiam. Quorum calumniis non modo non deprimetur, aut obscurabitur Societatis nomen, sed etiam augescet splendescetque magis. Rogatus fuit P. Rector a curione isidorensis ciuitatis, que tota deprauata hereticis est opinionibus, vt aliquem in illam vrbem e nostris concionatorem mitteret, qui ciues a tanto posset errore abducere, bonos autem in officio retinere. Clarmonte a nostrorum quodam synodalis habita fuit oratio, magna cum attentione virorum nobilium et eruditorum, maximeque mirati sunt quod propositum coronatum aureum vnicuique eam habenti, noluerint vnquam accipere nostri, idemque prope fecerint, cum se alii quidam ad publicas disputationes eodem contulissent.

---

[a] *Del.* multi. — [b] alii *supra vers.* — [c] ea *supra vers.* — [d] *Aliquantulum dubia lectio.* — [e] *Quae sequuntur addita sunt ab auctore in marg. inferiore, et sinistro.*

---

[1] Ludovicus Gerardinus.
[2] Vide sis *Litt. Quadrim.*, V, 365.

573

IOSEPHUS DE ACOSTA

COMPLUTO 3 SEPTEMBRIS 1561 [1].

1. *Contiones fructuose continuantur; quibus sacerdos inimico reconciliatur.* — **2.** *Aliqui spiritualia exercitia peragunt; quos inter miles, qui ex captivitate redemptus, Societatem ingredi cupit.* — **3.** *Nostri sacerdotes passim ad iuvandos aegrotos, pauperes praesertim, vocantur.* — **4.** *Discidia componuntur.* — **5.** *Puellis periclitantibus et aliis auxilium fertur. Res domesticae optime procedunt.*

1. IHS. Muy R.do Padre nuestro en Christo. Gratia et pax Christi. *[Contiones P. Rectoris et aliorum Patrum fructuose continuantur.]* En vna fiesta donde se juntauan todos los curas y benefiçiados de la tierra a una proçesión solenne, predicando un Padre del exemplo que deuen dar los sacerdotes, se mouieron a confessar con él aquel día algunos, y entre ellos el vicario o superior, el qual demás de auer vuelto en amistad con otro saçerdote con quien días auía estaua reñido, quisiera hazer vna confesión general de toda su vida, si el tiempo diera lugar.

2. Exerçiçios se han dado hasta a nueue o diez personas; entre estas ha sido un mançebo de muy buena parte con deseo de ser admitido en casa. Este hallándose capitán en Beruería en tiempo de començarse la pelea, hizo voto de ser de la Compañía, y viéndose después preso de los infieles, perdida por permissión de Dios aquella jornada, trató de su rescate con desseo de assentar de ay adelante debaxo de la bandera de Christo nuestro Señor, y a esta causa viéndose libre, se vino luego a este colegio, pidiendo con mucha humildad ser reçebido. Hásele empero dilatado la entrada por el presente, por çierto respecto, puesto que él tiene buenas partes y sabe bien su latín.

3. En este verano apenas ha auido día en que los Padres no sean llamados para confesar los enfermos, y consolallos, o para animallos en su tránsito. Y aunque este socorro a ningún género de personas se niega, pero lo que más nos consuela es ver la multitud de los pobres y necessitados que, conoçiendo la prontitud de los nuestros para semejantes ministerios, acuden

[1] Ex autogr. in cod. *Hisp. 98*, ff. 325,326; prius 211. Praecedunt duo exempla latina in ff. 323, 324.

en sus trabajos a esta casa, como a propios confessores suyos; los quales por su pobreza no tan fáçilmente y a todo tiempo hallaran este aparejo, o por uentura les faltara del todo.

4. Hanse conçertado paçes muchas vezes y euitado grandes inconuinientes entre personas enemistadas, como es auer reconçiliado dos hombres que sobre çierto enojo andauan a punto de matarse; y entre estos tratos, por diligençia de los Padres dexaron los odios y enemistades. De la mesma suerte una persona auía hecho prender a otra por una injuria grande que auía reçebido della, pretendiendo executar su enojo en la afrenta y miseria de su enemigo. Mas mouido por ruegos y amonestaciones buenas, se dexó torçer a lo que le rogauan los Padres, y perdonó de buena voluntad al contrario. De la mesma manera ay muchas cosas otras que dexo por bastar por exemplo las dichas.

5. Confessiones, gloria al Señor, no han faltado, conforme al número de los Padres que en casa se han hallado y por ellas se ha hecho mucho prouecho, y fuera dellas tanbién, no contentándose con restaurar en las almas los daños reçebidos por los pecados passados, mas aun esforçándose, con la diuina gracia, euitar en lo futuro las ofensas a que el enemigo suele induçir. Saben esto bien dos donçellas honrradas que puestas a muy grande riesgo de su honestidad por ser grande la pobreza en que se vían, hallaron remedio en [a] un saçerdote de casa, por cuya buena diligençia, se alleguó bastante limosna de personas deuotas con que no sólo euitaron el inconuiniente presente, mas hasta oy día siruen al Señor honrradamente sustentadas, y freqüentan a menudo los sacramentos. Remedióse tanbién otra alma que después de çinqüenta años biuidos miserablemente en ofensa de Dios, se reduxo a penitençia y lágrimas por medio de vno de casa, y se tiene de su verdadera emienda muy grande satisfaçión. Al presente están recojidos en exerçiçios dos moços, que piden ser reçebidos para legos; y creo se reçebirán, porque pareçen bastantes para ello. *[Res domesticae optime procedunt. Valetudo bona. De studiis nihil novi, etc.]* De Alcalá 3 de Setiembre 1561.

Por comissión del P. Rector [1].

D. V. P. sieruo indigno en el Señor.

† IOSEPH DE ACOSTA [2].

---

[a] en en *ms.*

---

[1] P. Emmanuel López.

[2] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 353.

574

P. PETRUS MARTINEZ A BUXENTO

ABULA 4 SEPTEMBRIS 1561 [1].

1. *Novus Rector populo carus. — Sociorum numerus. Religiosa disciplina vigens.* — **2.** *Rector certatim quaesitus in templo maximo et alibi magno spiritu contionatur. Fructuose quoque alius Pater in oppidum magnum excurrit.* — **3.** *Paces initae.* — **4.** *Sacramentorum usus multiplicatur.*

1. ┼ Jhs. Admodum R.[de] in Chro. Pr. Pax Christi etc. — Ex literis 4º. abhinc mense ad te missis [a] cognouisse te [b] arbitror, vt Pr. Salazarius in hoc collegium Rector aduenerit [2]. Ex his vero intelliges facile quam gratus sit omnibus, et acceptus ob ejus piam vna cum spiritu coniunctam doctrinam. Vt autem a nostro exordiar collegio, sumus vndecim, 5 sacerdotes et 6 fratres [3], quorum duo theologiae vacant, nec sine magno prouentu, ad quod eos maxime juuat felix suum ingenium et crebra lectionum disputatio, et casuum conscientiae (quos vocant) saepe haberi solita. Spirituali omnium profectui non parum conferunt spirituales conciones, collationes et exercitationes mortificationum et obedientiae, quibus nunc exercentur, exactius in his seruato ordine et regula, quam hactenus vnquam exiguus nostrorum numerus patiebatur; quod in dies Dominus augeat.

2. Non solum domestici, verum et externi, praesertim magis pij, qui spiritualibus vacant, nec ex his vnus aut alter, sed omnes fere nobis noti, ad Patrem Rectorem conuenere, vt de ijs, quae ad salutem animi pertinent, seorsum cum eo agerent. A quo (vt conjectari licet) aedificati nimis discessere, et recreati ob eius erga omnes amorem et humilitatem. Petitur etiam a

---

a *Del.* te. — b te *supra vers.*

---

[1] Ex autogr. in cod. *Hisp. 98*, f. 332; prius 396. Praecedit aliud exemplum in f. 331.

[2] Vide p. 317.

[3] Eorum nomina exhibet catalogus, qui est in cod. *Cast. 13*, f. 167.

monialibus, quibus juxta constitutiones nostras subuentum est. Horum omnium causam fuisse credimus conciones quasdam maximo cum feruore ac spiritu ab eodem habitas in ecclesia principe et alijs ciuitatis hujus; quibus ad diuinis rebus vacandum valde animati fuerunt omnes, atque solatio affecti. Ad hoc concionandi munus, in magno quodam oppido Pater quidam alter petitus fuit, vbi non parum suis concionibus satisfecit; multorum enim animi ad confessiones et magis pie uiuendum moti sunt.

3. Occasiones resarciendi amicitias non defuere: quibusdam nanque ex quibus hujus ciuitatis qui[es] et salus pendebat, quod inter nobiles essent, Pr. Rector operam suam praestitit, et eas breui confecit. Aliae praeterea oblatae sunt, quibus alter hujus collegij Pater occupari solet. Huic tantam Dominus contulit gratiam coram omnibus, vt animos valde dissidentes, quamuis debiti remissio interueniat, componat facile. Idem etiam Pater cum alijs et de rebus ad cultum et gloriam Dei pertinentibus agit, praesertim cum nobili quodam hujus ciuitatis principe, cui tam arcta conjunctus est amicitia, vt ex ea idem nobilis et alij, qui ex huius vita pendent et operibus, magnum animo suo fructum decerpant.

4. Crescit in dies confessionum numerus, quibus fere semper confessarij occupati sunt, tam domi cum ijs qui ad templum nostrum conueniunt (quorum bona pars princeps est), quam foris cum infirmis et in carcere et hospitalibus; quae loca a nostris interdum visitari solent. Pater Rector quasdam generales audiuit, ex quarum exemplo prouentus huic speratur collegio, in quo (gloria et honor Deo) valemus omnes; Dominum nostrum orantes idem tuae P. concedat, vt per te diuina voluntate imbuti consequamur gratiam, qua eam perfecte impleamus. Abulae 4 die Septembris. Anno 1561.

T. P. indignus in Chro. seruus.

† PETRUS MJNZ. A BUXENTO † [1].

---

[1] In « Cathálogo de los Padres y hros. que ay en este collegio da Áuila en fin de Diziembre 1562 » (cod. *Cast. 13*, f. 170) de eo dicitur: « El P.e Pero Martínez de Bugedo natural de Vayas [Bayas] cabe Miranda de Ebro. De 42 años de edad; poco más de 7 de Comp.a; es bachiller en artes; ha acabado su theología: es confessor; es muy humilde y obseruante religioso. Tiene buenas fuerzas corporales para su ministerio. Entró en Salamanca: rescibiólo el P.e Hernández ». Ingressus est Societatem, iam sacerdos, mense Sept. 1555, ut annotatur in cod. *Salmant.* I. f. 3v. Concordant responsa ad interrogationes Pris. Nadal (IV, 473).

575

P. AEGIDIUS FABER

TREVIRIS 4 SEPTEMBRIS 1561 [1].

1. *Sociorum numerus et classes.* — **2.** *Admissi ad probationem. Aliquorum constantia.* — **3.** *Religiosa disciplina.* — **4.** *Industriae ad germanicam linguam addiscendam adhibitae.* **5-6.** *Scholasticorum numerus. Convictus desideratur. Litterariae exercitationes. Catalogi lectionum per diversas provincias sparguntur. Religiosa alumnorum institutio.* — **7-9.** *Contiones in diversis templis. Excursus ad vicinum pagum. Laborum fructus. Quaeritur templum appositum Societati.* — **10.** *Ex dissitis locis ad nostros consilii causa concurritur.* — **11-12.** *Cives varie erga socios affecti.*

1. Gratia et pax Dni. nostri sit nobiscum semper. Amen. *[Breviter se scripturum dicit.]* Atque vt ab ijs, quae intra domesticos parietes acta sunt, exordiamur, auctus est [a] noua accessione nostrorum numerus, vt nunc omnino XX hic agamus. Inter hos XI sacerdotes; reliqui vel praeceptores, vel scholares, vel coadiutores temporales; et in sua quisque functione gnauiter versatur, pia quadam, et vel omnibus aemulanda aemulatione ducti, ne quis in muneribus sibi obeundis libenter alteri cedat.

2. Ad probationem, qua Societas nostra vti solet, admissi sunt praeter duos sacerdotes gallos, duo iuuenes Colonia huc missi, alter artium magister, alter logices auditor. Duo item coadiutores, non sine summo, vt speramus, et fructu, et interna omnium consolatione. Exercentur etiam in vilioribus demissioribusque exercitijs, cum omnes ex aequo, tum maxime sacerdotes qui suo exemplo multos et alliciunt et inuitant. E quibus

---

a *Del.* numerus.

---

[1] Ex apographo coaevo in cod. *Germ. 139,* ff. 95-97; prius 93-95. Magna eius pars edita est ab HANSEN *(Rheinische Akten...* 401-405) ex exemplo quod exstat Coloniae.

duo recenter admodum Societatem ingressi missi fuerunt ad parentes, vt de rebus quisque quibusdam suis cum ijs ageret (erat enim alter et canonicus, et pastor diuersis tamen in locis), quos cum adhibitis omnibus etiam machinis retinere conarentur, efficere tamen id non potuere, cum se quiduis potius ferre posse dicerent, quam illorum aut mores, aut vitae institutum [a], quibuscum antea suauissime vixerant [deserere] [b]. nec citra indelebile ingratitudinis cauterium eis licere, missa semel ad aratrum dominicum manu, respicere retro [1]. Venit etiam Poppardia (id est oppidum non ignobile in finibus dioecesis treuere[n]sis situm, tridui itinere hinc distans) sacerdos quidam nobis addictissimus, qui ibi non pastorem modo, verum etiam et decanum agit. Is, peractis exercitijs, iterum ad suos reuersus est; interim tamen, dum hic egit, ne grex suae fidei concreditus solito alimento defraudari posset, ex nostris quidam in eius locum suffectus est, qui vices illius in concionibus, alijsque rebus necessarijs ita obijt, vt pauco tempore non paucos ad meliorem frugem reuocarit [2].

3. Summo autem studio in hoc ab omnibus incumbitur, ne quis in regularum aut constitutionum perfecta obseruatione vel latum vnguem transgrediatur; quod quo fiat facilius, quoque recentior illarum memoria omnium oculis obuersetur, singulis cuiusque mensis calendis eae publice recitantur, ac diebus veneris a R.do Pre. Rectore [3] accurate explicantur. Hinc fit, vt plerique Rectorem adeant pro remissiore illarum et laxiore obseruatione poenitentias sibi iniungi postulantes, quas summa cum alacritate exequuntur.

4. Nullus vero non mouetur lapis, quo eo perueniatur, vt nostri omnes germanicum idioma sonare incipiant. In hunc vsum, et vt assidua exercitatione solitum fiat, quod erat insolitum, semper in prandio ac coena caput aliquod vel ex euangelio, paulinis epistolis, vel apocalypsi praelegitur, constituto sacerdote eius linguae perito, qui, si qua inter legendum occurrat adulte-

---

a *Seq. aliquod verb. del., quod legi nequit.* — b *Hoc aut simile v. desiderari videtur.*

---

[1] Cf. Luc. IX, 62.

[2] Erat is Petrus Fahe (Phaë) parochus boppardiensis, pro quo suffectus est illis diebus P. Andreas Valkenburgensis. Cf. Hansen, l. c. 401. Petrus Fahe Societatem Iesu ingressus est anno 1563. Cf. *Epist. P. Nadal*, II, 470; III, 45.

[3] P. Antonius Vinck.

rina pronunciatio, in genuinam, et vernaculam subito restituat. Huic ipsi haec [a] prouincia insuper demandata est, vt traditis cuique flandro, vel gallo pijs quibusdam libellis germanicis, quotidie vnumquemque aliquot periodos legentem audiat, quod qui praestare non potest, is ad orthographiam puerorum more alphabetariorum ex literis syllabas, ex syllabis dictiones conglutinantium remittitur. Conciones praeterea, et toni communes eadem etiam lingua pronunciantur etiamnum ab ijs, qui vix tria verba, qua decet ratione, possunt proferre. Neue non satis videri queat, si in ferijs tantum exerceantur, ne eae quidem succissiuae horulae, quae post sumptum cibum recreationi concedi solent, ab hac formula immunes sunt. Est lusus genus, quod globis [b] per annulum ferreum fit, germanis haudquaquam infrequens: hoc plures quatuor non recipit, sic vt duo duobus, vel singuli singulis committantur: victis succedunt alij. Inter ludendum, si vel commissos inter, vel spectatores alio, quam germanico idiomate loqui contingat, non impune id fecerint; sed vel cedere alijs coguntur ludentes, vel eminentius aliquod saxum conscendere, vel humi sedere, donec aliud imperetur. Si vero spectatores ad eumdem impingunt lapidem, perdunt ius succedendi victis, vel alia poena mulctantur. Ita fit, vt magis magisque omnibus illa lingua innotescere incipiat. Verum haec hactenus de domesticis.

5. Locus iam postulare videtur, vt, quae in scholis nostris aguntur, non relinquamus intacta. Non est (fateor) is scholasticorum numerus, qui praeceptorum expectationi, aut pio illorum quamplurimos iuuandi desiderio faciat omni ex parte satis; adeo tamen nihil priori decreuit, quin multis eum iam habeamus parasangis auctiorem. Schola enim rhetorices, quae posterioribus quadrimestribus [1] duodecim habebat, iam ad 24; classis humanitatis a 36 ad 66 excreuit. Habet logicus duodecim. Coeterum numerus auditorum theologiae ita incertus est, vt vix certi quippiam a nobis scribi possit. Interdum enim 40, nonnunquam 30, raro autem pauciores habet quam 20. Porro duo praecipue hactenus remorata sunt ne nos adirent. Alterum est, quod inferiores humanitate classes nullas habeamus; quae causa non parum multos deterruit, quod nostrarum se lectionum capaces fore diffiderent; non paucos magnis etiam itineribus a parentibus

a *Del.* prouincia (?). — b *Del.* ferreis (?).

[1] Vide p. 202 sqq.

huc missos, domum remisit. Alij relictis scholis nostris ad S. Germanum defecerunt. Ea schola est triuialis (ita enim vocant, quae vniuersitatis nomine non censentur) non ante multos annos hac in vrbe, celeberrima, sed hoc temporis articulo vix ab alijs, quam pueris frequentata, quorum multitudo numerum 400, vt audio, adaequat, ne dicam excedit. Alterum quod nulla se nobis adhuc occasio obtulerit, vt discipulos in conuictores admittere potuerimus; quamuis ad id diuersis temporibus non solum fuerimus prouocati, sed lacessiti potius a tribus, quatuorue abbatibus, summi templi canonicis, ciuibus, ciuiumque potentissimis quibusque, qui religiosos, filios, nepotesque suos a nobis recipi multis precibus contenderunt. Quin quod archiepiscopus ipse [1] hanc nos rationem iam inijsse ratus, quendam bonae spei adolescentem ad nos misit, postulans, vt conuictorum nostrorum sodalicio adiungeretur, theologiae (nam artium cursum Coloniae absoluerat) operam daturus. Vtrumque iam sub incude versatur, atque omnia ex voto sperare iubemur, etiam breui. Quae, si semel assequamur, plures, non dubito, huc confluent discipuli, quam vt de paucitate merito quis conqueri vel possit vel debeat.

6. Sed dum expectamus, non cessamus tamen. Missis enim catalogis per Germaniam superiorem, Flandriam, Lotharingiam, Galliam, aliasque vicinas prouincias, non omnino operam lusimus, effecimusque, vt nomen vniuersitatis treuericae (quod latebris oblituit diu) paulatim caput attolleret, et ita [a] in pristinae dignitatis initium sese assereret, vt relictis celeberrimis academijs, louaniensi, parisiensi, vicinisque lutheranorum marpurgensi, duisseldorpiensi, duisbergensi, alijsque tum vniuersitatibus, tum scholis, quas supra triuiales vocari diximus, quidam illinc huc se contulerint. Emissi sunt etiam catalogi recentiores, qui ad renouationem studiorum discipulos aduocent. Nec dubitandum quin haec quoque diligentia in academiam nostram quam plures sit adductura. Exercitia, quibus tum ad virtutem, tum ad capessendas bonas artes extimulantur, diuersa sunt; nec ea quidem infrequentia. Theologi bis legunt quotidie; logicus et rhetor, ter; humanarum literarum professores, quater. Finita prima lectione, omnes se conferunt ad sacrum, quod quotitie scholasticorum gratia in sacello nostro fit. In logica singulis hebdo-

---

a *Del.* se.

---

[1] Ioannes de Petra.

madibus bis fiunt disputationes, conuenientibus eo reliquis praeceptoribus, vt horum praesentia magis inflammentur. Rhetores et humanitatis discipuli in suis segregatim scholis idem agunt. Atque insuper octauo quoque die duae illae scholae sese mutuo prouocant exercentque, idque alternatim, nunc theses affigentibus rhetoribus, nunc affixas sedulo defendentibus. Die veneris a quodam ex theologiae professoribus omnibus ex aequo catechismus Canisij praelegitur, qui caesareae maiestatis inscribitur. Ad quam lectionem frequenter etiam et sacerdotes, et monachi, interdum etiam viri non infimi nominis, commeant. Nec suo se satis munere functos nostri putauere, si hoc agerent, vt per hebdomadam, quanta quanta est, probe exercitarentur scholastici; verum committere noluerunt, vt dominici et festi dies nulla ducta linea otiosi praeterirent. Quibus conueniunt ad nos summo mane: ibi doctor theologiae illius diei euangelium latine exponit; quod ad horam durat. Illinc ad sacellum domus nostrae deducuntur, vnde, cum prius sacrum audierunt, dimittuntur. Hora 2.ª a meridie, diebus maxime dominicis, omnes iterum in schola philosophiae (quae reliquis capacior est) conueniunt; atque ibi duae a discipulis, vt minimum, declamatiunculae memoriter recitantur, altera a rhetore, altera a poeta, vel humanitatis auditore. Confitentur quoque singulis fere mensibus, quod germanis valde inauditum fuit in principio; nunc alacri etiam animo paulatim assuescunt; adeo vt inter illos non desint, qui 15.º, et 8.º quoque die id praestent. Quidam etiam non raro sacro altaris viatico reficiuntur. Vt numero dicam, quamuis in ijs merito desiderare possimus viuacia illa, ac praecocia ingenia, quae in quorundam regionum iuuenibus cernere est, hac tamen laude minime defraudandi sunt, quod praeceptorum sint obseruantissimi, libenter se et admoneri et redargui patiuntur, atque etiam culturae patientem praebeant aurem. Ita vt plus illis conferre soleat labor et diligentia, quam alijs quantumuis etiam foelicia ingenia. Sed sit tua pace de exercitijs scholasticis ac praeceptorum, qui septem sunt, munere haec dixisse satis. Neque enim hoc agimus, vt omnia minutim perscribamus (quod quidem infiniti fuerit negotij, vt quidem existimo, et uel operae precio cariturum), sed ut ex multis pauca quaedam R. V. innotescant. Jam dudum enim quid a nostris sacerdotibus, concionatoribus, ijsque qui excipiendis confessionibus vacant, fructus perceptum sit, ea qua hactenus vsus sum breuitate, vobis cognitum esse cupio.

7. Duo ex nostris concionatores germani statas habent diebus

festis atque dominicis conciones; alter apud D. Virginem, alter in metropolitana ecclesia, qui et apud D. Gangulphum, quae paroechia est in foro sita, admodum celebris, pastoris absentis vices multo iam tempore in concionando supplet. Confluunt ad has non parum multi, et maxime ad eam, quae in aede D. Virgini sacra mane fit; ad quam, cum paucissimi, vltra tria hominum milia promiscui sexus conueniunt; praeter has, quae ordinariae sunt, in alijs quoque templis et monasterijs pleraeque fiunt, apud carthusianos, S. Catharinam, Agnetem, Joannem et Martinum; vbi nuper, quodam ex nostris concionante, sacrae reliquiae (quae ante 19 annos ostensae non fuerant populo, quod a religione christiana factus alienior, talia vilipendere videretur) publice demonstratae sunt; quarum visendarum gratia in tanta copia populus cateruatim accurrit, vt plures templi angustia arceret, quam admitteret.

nostra in ecclesia conscientias suas reserant [a], ac sinus crebrius nostris effundunt, et octauo quoque die comunicant, sunt plus minus ducenti. Quam isti omnes, saluberrima frequentantes sacramenta, ingens fecerint in virtute opere precium, vitae ratione in melius permuttata, vel ex hoc liceat potissimum perspicere; haud priuato quippe emolumento contenti, alios ad id ipsum impellere et inflamare festinant; quod dubio procul assequuntur. Qui solemnioribus, et festorum diebus, veluti deiparae Virginis et Apostolorum, sacramentis indulgent, numerus accrescit. Christo sit aeterna laus, qui tam presentissimi remedij ad comparandam et retinendam sui charitatem pervtilem impartitur notionem. Hic Patrum nostrorum ad illis subueniendum animus [b] paratissimus nullis manifestus non est. Quo fit, ut marchio ipsa [1], totaque eius et progenies et familia nostris sit affectione mira coniuncta; necnon et ipse populus, ad quem cum euangelicus ille preco haud vulgaris, magister Auila, contionem haberet, foelicem eundem Montillae populum dixit, cui Societatis collegium in suam recipi rempublicam contigit. Tot enim, inquit, vos habere mancipia debetis existimare, quot videtis ante domorum vestrarum ianuas Societatis viros pertransire. Neque in hoc falli se certe putant. Componuntur enim a nostris cum Dei gratia ciuium lites, tolluntur jurgia, visuntur carceres et hospitalia, vbi et officij et pietatis habetur ratio. Quin [c] et pro extinguendis pauperum litibus, si quando a diuitibus opprimantur, aut egestate laborent, aditur marchio ipsa a nostris, cuius rei certior facta, nullum non adhibet huiusmodi calamitatibus remedium. Atque ipsamet, si quicquam forte dissidii [d] inter se ac filios oriturum subodoratur (quae ipsius est in sua pignora amoris teneritudo, nunquam id venturum timendum est, eo quod parenti suae indulgentissimae filij sint, ut magni principes ita et obedientissimi), statim ad nostros recurrit [e], quasi parens [f] suis natis efficiens, eaque [g] manifestat, quae imo insident [h] pectori; bonam nimirum sui solatij partem esse rata de his rebus cum nostris agere. De maiori autem huius domus emolumento anxia sollicitaque semper extat. Cum in

---

a *Prius* resserant. — b *Emend. ex* animis. — c *Emend. ex* quim — d desidij *ms.* — e *Prius* decurrit. — f pares *A.* — g ea quae *ms.* — h insidens *A.*

---

1 Catharina Fernández de Córdoba, marchio de Priego, collegii fundatrix.

horto situ et amenitate iocundo, commodique non aspernendi, penuria aquarum arbores ac tenellae plantulae emarcescerent, effectum est huius illustrissimae matronae copijs, ut effosis cuniculis operosis scaturigines ebulientes abundantiores latices effuderint, pristinumque fontem duplicarint.

4. Non multis abhinc diebus percelebris quidam theologus, doctorisque condecoratus apice, et sacrae facultatis proffesor, a Baetiae vniuersitate huc se contulit, miro quodam impulsus desiderio spiritalia nostra exercitia flagitandi, cuius Pater rector cum annuisset votis, excipi intra domum iubet. Bone Deus, quantum fructus decerpsisse in singulis meditationibus confessus, nihilque non mirari cum penitius contemplaretur tantae vtilitatis rem, tam omnibus absolutam numeris, tamque ad spiritalem viam aggrediendam accommodatissimam: fieri neutiquam posse affirmans, humanam mentem rationis lumine dumtaxat suffultam, id valere, vel indagare, vel tam apposite concinare citra Spiritus Sancti peculiarem afflatum. Huius animum aegrius sollicitabat nihil, quam degere cum nostris non posse, debito quidem in matrem ac septem valde pauperes sorores germanas pietatis officio reclamante. Ingressurum tamen Societatem dicebat, simul atque ab huiusmodi retinaculis se expedierit, quod citissime fore putabat.

5. Vt ad literaria exercitia iam tandem perueniam, in quibus cumulatum prouentum parant, quos habet huic operi Christus intentos ac fidos operarios, illud principio dicam: spectatae indolis adolescentes, qui tribus in classibus versantur, octoginta esse, et eo amplius. Quam ingentes fecerint [a] permulti in virtute progressus, quam illorum facta christianam redoleant disciplinam, eorum quae regulis prescribuntur sese obseruatores sedulos prestantes, quamque [b] fraternae beneuolentiae, animi submissionis atque amoris erga magistros non vulgaria prebeant documenta, scribere nihil morarer, nisi scirem nostra in Societate commune id esse, nihilque allaturum noui. Illud vero tacitus preterire nequeo: Nullum aduc fere visum, qui vitiorum corruptissimorum, quibus effrenata commaculari solet [c] iuuentus, sit affectus labe. Assiduus in virtute et indefessus labor haud quidem literis desidiam parit; quin imo peruigilantiori cura directiorisque mentis impulsu libris inuigilatur. Qui in prima classe versantur, scribendi stylo non occitanter incumbunt; sin-

a *Emend. ex* fecerunt. — b *Ms. potius* quamquam. — c *2 vv. praec. supra vers.*

gulis namque diebus preter excepta dictata crebra sibi certatim schedulas missitant, quibus plane tum ad literariam, cum ad christianam militiam igniculos admouent. Ex didascalis vnus mihi renunciauit pene omnes, quos habebat discipulos, vitam expetere monasticam, cui quidam sese hoc intermissionis tempore adixit. Prius tamen quam haec literarum intercapedo fieret, nonnulli ex scolasticis duo actitauere colloquia, quorum et ipsi authores extitere. Collubuit quam plurimum actionis lepor et venustas simul et materia, necnon seruatum apposite decorum, et orationis numerus. Pueri qui legere et scribere discunt, tum etiam doctrina christiana imbuuntur; affluit trecentorum multitudo. Quanta sit his morum integritas, quam candida mens, et ad optima quaeque praecepta imbibenda parata, quis non videat? Verbum ociosum, aut alioqui non honestum, iusiurandum, iniurium, ne auditur quidem: cum vapulant, non clamosioribus vtuntur vocibus, sed hoc est illis et vociferationis, et in querimoniae locum (ob Christi amorem hoc fiet) genibus subinde flexis, quasi pro collato munere, Deo gratias habent. Singulis dominicis ac feriatis diebus elementarij pueri una cum suis magistris, bini terniue, ex ordine coadunati, doctrinam christianam per vias publicas, praeeunte crucis vexillo, modulatiori voce intonant. Vbi ad frequentem aliquem locum peruenerint, de singulis doctrinae interrogatis, vnus aut alter magistro sciscitanti [a] rationem reddit. Postmodum Pr. rector concendens aliquo, dominicum semen bona cum [b] audientium fruge diffundit.

6. Haec sunt, Reuerende Pater, quae proximo semestri [*sic*] per Dei gratiam ex hoc Montillae collegio prodiere. Sed quid haec omnia prae illis quae ex Vrbe nobis innotescunt, quaeque ibidem omnipotens Deus per Societatis ministerium operatur, quid, inquam, haec cum his quae Bilonij [*sic*], Pragae, Engolstadij et aliorum collegiorum ac Prouinciarum literis referuntur? Licet enim paruum sit oppidum Montilla tantis ac tam populosis (ut ita dixerim) ciuitatibus collatum, ac proinde quodvis opus bonum magis sese [c] hic ostentet ad proximorum aedificationem, quam alias grandius in grandioribus ciuitatibus, quis tamen dubitet res ipsas gestas pro sui magnitudine et admiratione hominum animos attolere ad eas cum Dei adiutorio aggrediendas, aut saltim inuisendas huiusmodi prouintias ac

a *Emend. ex* sciscitandi. — b cum *supra vers.* — c *Emend. ex* se esse.

ciuitates, vbi tot tantaque Deus per Societatis homines operatur; si forte et nobis aliorum comparatione quasi desidiose viuentibus similia capessere daretur: quod sanctae obedientiae iussione cuiuis nostrorum sperandum est, et de Christi benignitate fidendum, si id vel nobis vel ecclesiae suae sanctae expediens fuerit, sit concessurus. Ut interim Dei optimi maximi gloriae [a] reddamur amplificatores seduli, ad R. P. tuam confugimus, cuius sanctissimis sacrificijs et orationibus adiuti putamus posse et quod nostri officij est praestare, et diuinam nobis clementiam propitiam reddere. Montillae pridie Kalendas Octobris. Comissione P. R. [1].

R. P. T. indignus seruus in Chro.

†
Ramírez [2].

Inscriptio.

Quadrimestre de Montilla de Agosto [b] de 1561 años para la Prouincia de [c] Roma.

584

TYRNAVIA 30 SEPTEMBRIS 1561 [3].

Tyrnaviensis collegii initia. Urbis situs, religionis status. Pecunia ad aedificium collata. Primi labores sociorum.

1. Pax Christi etc. Pauca de collegij nostri principijs dicenda sunt, Rde. admodum in Christo Pater, quae diuina opitulante gratia ab indignis filijs tuis Tirnauiae [d] hisce proximis mensibus gesta sunt. Ad 9 cal. Maij vrbem inuecti sumus; ac primum quidem in hoc R.mi archiepiscopi strigoniensis, tum vero caesareae mai. pio desiderio [e] fecimus satis. Sita est haec ciuitas in campo planissimo contra Turcam qui huic regioni quoti-

[a] gloriae *supra vers.* — [b] *Alia manu supra vers.* Octob. — [c] *Del.* Françia. — [d] *In marg. manu P. Rethii* Tirnauia ciuitas Hungariae. — [e] *add. in marg. manu P. R thii* ac voluntati.

[1] P. Ioannes Alcaide Cf. *Litt. Quadrim.* VI, 678.

[2] Cf. *Litt. Quadrim.* VI, 710; eiusdem enim est subscriptio.

[3] Ex apogr. coaevo (sine auctoris nomine) quod exstat Coloniae in archivo « St. Maria — Himmelfahrt » in cod. A. II 62, ff. 133-134. His litteris confirmantur ea quae dicuntur in litteris viennensibus die primo Settembris datis. Vide sup. p. 505, 508-509.

die [a] imminet, mediocriter instructa atque moenibus munita, mira coeli temperies, ager vini, frumenti atque aliarum rerum quae ad vsum vitae communem spectant, feracissimus. Populus qui in ciuitate est lingua, moribus, et quod omnium miserrimum est, religione inter se discrepat. Hungari multitudine caeteris potiores sunt, proximi Sclaui, sed vtrique aduenae atque e suis sedibus a Turca nuper expulsi; Germani numero pauciores, principes sunt in republica. Plerique ad rem diuinam non parum natura propensi sunt, sed qui naturae bonitatem adiuuent, desiderantur. Canonicorum quidem capituli strigoniensis huc translati, ac sacerdotum non exiguus est numerus, sed hi plerumque tales sunt, vt in tanta hominum diuersitate plus noceant exemplo vitae, quam doctrina prodesse posint. Venit vna nobiscum R. P. Joannes a Victoria, partim missus ad synodum sacerdotalem a caesarea M., partim R.mi archiepiscopi [1] rogatu ad eandem synodum (hanc enim R.mus celebrabat), partim denique collegij huius gratia, vt initium aliquod bonum sumeret. In synodo post multorum declamationes publicas praesente archipraesule latino sermone factas, R. P. Victoria, sic expetente R.mo, suas quoque exhortationes ad vniuersum ordinem sacerdotalem habuit, quibus omnibus factum est vt antistes praesente Patre et alijs, omnem clerum ad se vocauerit, errores varios abiurare, concubinasque quas, inquam, illi vxores suas arbitrabantur, relinquere compulerit, recusantes officio simul et beneficio priuare statuens: jurant omnes praeter vnum qui Brentij [2] et aliorum insanis dogmatibus venerat instructus. Hunc custodiae mandatum diuque examinatum instructumque, dum ad sanam redire mentem nollet, ecclesiastica dignitate, spectante omni populo, priuatum, perpetuo exulem dimisit; quem extra portam statim quidam haeretici curru, pecunijs ac vestibus ornatum abduxerunt, nuncque in aula principis ciusdam germani pro martyre habetur.

2. Ad collegium venio. Domus quam ad extruendum collegium R.mus nobis curauit, sexcentis daleris empta ac soluta est. Ducentos R. Domini capitulares in eius solutionem liberali animo

---

a *Pro* quotidie *scripsit in marg. P. Rethius* assidue.

---

[1] Vide p. 505, 508.
[2] Ioannes B. Brenz, suevus (1498-1570) celebris Lutheranismi assecla.

contulerunt. Agros habet, qui si a nobis colentur, frumentum toti collegio forte suppeditare possent. Coeptum est aedificari collegium ad 15 calend. Septemb., pro cuius foelici principio R.mus archiepiscopus centum daleros numerauit. R.mus Transyluiensis [a] paulo post alios quadraginta amplius pollicitus. Et nos ex redditibus nostris, qui septingentos daleros annuos excedere possunt, aliquam summam expendimus. Subsidium insuper cum senatus ciuitatis, tum alij duces et comites nobilissimi, qui in proximis locis habitant, liberaliter promittunt; literisque R.mi ad hoc incitati sunt: his omnibus accedit caesarea[e] M. singularis ac diuina prope erga nos et collegium nostrum propensio. Is nullo modo defuturum se huic collegio multo ante recepit, atque obtulit [b], neque cessat senatus simul et capituli nos liberalitati commendare. Tres numero hic sumus, R. P. Joannes Seidel cum coco et vno fratre [1]. Is [c] praesente adhuc R. P. Victoria in templo germanico cathedrali concionem iussu R.mi facere coepit; quam deinceps cum altero germanorum concionatore alternatim magna hominum frequentia prosequutus est. R.mus antequam a caesarea M. accerseretur, concionibus eius assiduis interfuit, cuius iuditio magnam laudem Societas consecuta est; testatus enim est in tota ditione sua, qui tam docte concionaretur, reperiri neminem. Nostrorum etiam monitu idem R.mus haereticos libros, qui tam in schola quam alibi communes sunt, in ignem mitti imperauit: magnus eorum numerus, maxime cum Philippus Melanthon iuuentuti scholasticae, nemine resistente, praelegeretur. Rector tunc scholae dilationem petijt donec alia adueheretur grammatica, sed non obtinuit. Senatus populusque reliquus multum ijs concionibus affectus: testis est beneuolentia quam non obscure nobis exhibent; testis est etiam mercatorum, qui quamuis ex omnibus circa iacentibus regionibus ad nundiuas confluxerant, approbatio. Vnus enim ex illis cum ex patria P. Seidel esset, quadringentos taleros annuos idem promisit si domum redire vellet. Alter norimbergensis nullum se talem vel regum concionatorem, vel etiam monachum, quos plures audierat, intellexisse [d]. Vtinam sicut haeresim et errorem mercibus circumtulerunt, ita nunc denuo veritatem vendant

---

[a] *In marg. manu P. Rethii* Transyluaniensis. — [b] *Sic ms. Supra* recepit *tamen est sign.* 2; *et supra* obtulit 1; *fortasse ut loco mutarentur.* — [c] *Seq.* P. *del.* — [d] *Desiderari videtur* affirmabat, *aut quid simile.*

---

[1] Quae de contionibus dicit, ad P. Seidel referenda sunt. Vide *Lainii Monum.* V, 554.

Multi certe in populo ad meliora aspirant. Oues Christi in fide patrum suorum et totius ecclesiae confirmat. Haeretici dum de singulis rebus rationem exigunt, destruuntur, imo conuersari nobiscum delectantur. Hospitale semel atque iterum uisitauimus, sed pauci et Sclauj ibidem sunt. Carceres nunquam, quia vel nullus, vel linguis diuersis ibi detinentur. Confessi sunt 13, plures fuissent si varijs linguis loquerentur. Ex canonicis et sacerdotibus nonnulli, qui etiam nostrorum exemplo ad rem diuinam frequentius faciendam et rectius peragendam in omnibus vehementer excitantur. Itali breui ad confessionem venturi, inter quos quidam infernum non credidit, et ideo a Deo homines [a] factos dixit, quia opera illorum indigerit [*sic*]. Habent et alij huius temporis errores. Scholae necdum inceptae sunt. Interim tamen Anthonius Flander [1] Rhetoricam ad Herennium cum orationibus Ciceronis coepit profiteri magno cum desiderio. Scholastici simul ac ciues nostrorum aduentum nobiscum expectant, qui mense sequenti forte, Deo fauente, aderunt, vbi plura Dominus, vt spero, scribenda suggeret, si tamen R. P. T. et pro indignis filijs suis ac collegij huius foelici successu cum vniuersis Patribus ac Fratribus communem Parentem assidue deprecata fuerit.

Vale. Tyrnauiae ex collegio archiepiscopali pridie calend. Octobris 1561.

585

P. GULIELMUS ELDEREN

AUGUSTA SEPTEMBRI 1561 [2].

P. Canisius cum epistulae auctore et P. Hurtado Pérez Augustae versantur. P. Canisius, comite P. Lanoyo, Austriam, Bohemiam, Bavariam peragravit, Societatis collegia invisit, cum Ferdinando Caesare de gravibus rebus egit. Ferdinandus

---

a *Del.* esse.

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 608, annot 1.

[2] Autogr. in cod. *Germ. 139*, ff. 98-99; prius 130-131 (118-119). Edita est fere integra a P. Braunsberger in *B. Petri Canisii Epistulae et Acta,* III, 597-99. Ideo eius tantum summam hic exhibemus.

archidux benevolentissimum sese illi ostendit, et catholicae religionis propugnatorem. Elwangae de reducendis haereticis ad ecclesiam egit. Fructus contionum Patris Canisii Augustae habitarum describitur. Spiritualia exercitia multi fructuose peregerunt; alii ab his abhorrent. Auxilium religiosis hominibus praestitum. Debita reverentia in sacro audiendo restituitur. Munera et sacra paramenta offeruntur, praecipue a nobili femina ex lutheranismo conversa. Scriptum pro religione catholica apud regem Galliae tuenda editur. Pauperes sublevantur. Virgines duae pie institutae aliis admirationi sunt. Datur opera ut duo templa ab haereticis profanata et exspoliata in pristinum statum restituantur. Saxo quidam ecclesiae reconciliatur. Augustani cives nostris libentius quam aliis peccata confitentur. Nonnulli de Societatis collegio instituendo cogitant. Quidam ob P. Canisium traductum carcere multatur.

586

HENRICUS SOMALIUS

COLONIA 4 OCTOBRIS 1561 [1].

Socii 55, in quibus sacerdotes 11, lectores 13, promovendi ad magisterium post tres menses, 7. Artium vero baccalaurei propediem futuri, 8. Reliqui vel rhetoricae vel humanis litteris student, quibus 4 laici adiunguntur. Sociorum exemplo alii ad religiosam perfectionem incitantur. Novem adulescentes recens admissi sunt in Societatem; quos inter P. Francisci Costeri consobrinus, et quidam sacerdos. Sociorum mutationes. P. Lambertus Auer moguntini collegii rector constitutus. Martyrum ossa et decem integra capita Treviris in coloniense collegium asportata. Contiones frequentes et fructuosae a P. Henrico Dionysio habentur. Convictores 50 a fratribus separati vivunt. Quadringenti scholastici externi scholas frequentant. Civium animi erga socios propensiores fiunt.

---

[1] Autogr. in cod. *Germ. 139*, f. 100; prius 181 (165). Eam edidit HANSEN, l. c. p. 406-407 (n°. 280). Ob eam rem, et quia aliqua repetuntur in epist. die 26 Novembris data, omittendam duximus.

587

MARTINUS DE ARRATIA

SEGOVIA 31 OCTOBRIS 1561 [1].

1. *Socii. Valetudo. Disciplinae religiosae cura. E multis candidatis unus in Societatem admissus.* — **2.** *P. Rectoris contiones ad tempus intermissae.* — **3.** *Varia caritatis opera erga proximos.* — **4-6.** *Scholarum status prosper. Novus episcopus, qui cunctis gratus est, eas non semel invisit, magistros et parentes adstantes ad bonam iuvenum educationem adhortatus.* — **7.** *Orbis pueris consulitur.* — **8.** *Lis de quibusdam bonis collegio applicatis.* — **9.** *Collegii fundatio et commodior situs speratur.*

1. † Muy R.do P.e nro. en Ch°. Pax Christi, etc. *[Breviter se scripturum dicit. Duodecim collegii incolae, ex quibus quinque sacerdotes, bene valent, erga proximos laborant, et ad perfectionem consuetis mediis tendere conantur.]* Algunos pretenden con instancia ser admittidos en la Compañía, los quales se entretienen por justos respectos. Vn hermano se a recibido solamente, a quien nuestro Señor ha dotado de virtudes interior y exteriormente, y en tal opinión ha estado desde su niñez en esta ciudad. Es de veinte y dos annos, hijo de vn regidor de ella, noble, y él era el maioradgo. Procuró vn anno entero ser admittido en la Compañía, dando testimonio de su humildad y perseuerancia, continuando la confessión y communión, y conosciendo con quánta circunspección se reciben los subietos, su entrada fué de grande edificaçión en esta ciudad, porque dándole a entender nuestra regla, que no se reciben los studiantes de nuestros studios en la Compañía sin voluntad de sus padres, procuró con el suio que lo tuuiese por bien ; y assí el día de nuestra Señora de Setiembre, vinieron al collegio padre y hijo, y oyeron missa juntos, y el hijo comulgó. Después pidió la mano y bendición de su padre, y él la dió, aunque con muchas

[1] Ex origin. in cod. *Hisp. 98*, ff. 363, 368; prius 281. Exstant ibidem duo exempla latina eiusdem in ff. 364, 367; 365-366.

lágrimas, que le amaua tiernamente. Aora está en su probación, en la qual excede a la buena opinión que de él se tenía [1]. Y esto quanto a los de casa.

2. Quanto a lo de fuera, el Padre Rector Sanctander a dexado algunos días los sermones. Placerá a nuestro Señor que la intermissión que a hecho creçer mucho el deseo de ellos en esta çiudad, sea para maior gloria suya y vtilidad de las almas; porque como V. P. tiene noticia, est *[sic]* muy accepto.

3. Las confessiones y communiones son en gran número (bendita la diuina magestad, que tanto por estos medios se glorifica), y si vuiesse más sacerdotes, y la iglesia fuesse capaz, sin duda avría mayor concurso. El Señor prouea en esto, que tan proprio es suyo. De más desto, se visitan los enfermos en los hospitales y fuera dellos, procurando aliuiar el trabajo de los afligidos con spirituales consolaciones. Van a ayudar a bien morir de día y de noche, de [a] que la gente de esta ciudad se edifica mucho, viendo la charidad, facilidad, y presteça con que este ministerio se exercita. La doctrina christiana se canta las fiestas por las calles, después se recogen a enseñarla en dos placas, donde se recoge mucha gente de niños y hombres. De la cárcel se tiene special cuidado en visitar y enseñar la doctrina, y hazer pláticas todas las fiestas. Nuestro es el plantar y el regar por la gracia del Señor, y suyo es dar el crecimiento en las ánimas [2].

---

a de *supra vers.*

---

[1] Is fuisse videtur Eneco (Íñigo) de Salcedo, de quo catalogus coll. segoviensis anni 1562 (dolendum quod non appositus sit mensis nec dies) dicit: « El hro. Íñigo de Salzedo, refitolero y prefecto de la cozina. 4 meses de Compañía. « (In cod. *Cast. 13,* f. 139). In cod. *Salmanticen. 1* adnotatur eius adventus in coll. salmanticense, ut philosophiae daret operam, ad diem 12 Octobris 1563. Inter alia dicitur: « Es natural de Segovia, tiene hechos sus votos y la promesa de entrar en la Compañía; tiene padre, y dos hermanos por casar, y una hermana monja ». In catal. collegii segoviensis die 5 Sept. anni 1564 subscripto, iterum recensetur inter huius collegii incolas: « El hro. Íñigo de Salzedo natural de Segovia. de 25 años, de Compañía tres años. Estudia artes, y aprovecha. Tiene salud y virtud ». (Cod. *Cast. 13*, f. 140v.) In cat. coll. abulensis an. 1566-67 (ibid. f. 159v) dicitur ingressus in Soc. die 8 Sept. 1561. Ideo mirum est quod in catalogo collegii legionensis (sine anno, sed non ante 1577, cum in eo aliqui censeantur, qui hoc anno Societatem ingressi sint) dicatur P. Eneconem de Salcedo ingressum esse Societatem mense Februario 1562, et prima vota emisisse mense Sept. 1564. (Ibid. f. 202).

[2] Cf. I Cor., III, 6, 7.

4. Los studios de latín se continúan con gran prouecho de los studiantes, entre los quales ay muchos que son hombres grandes, prudentes y nobles, y estos dan mayor muestra de humildad y obediencia a sus maestros. Son por todos casi 150, y son muchos, porque dentro de vna jornada ay quatro studios de latín, de muchos studiantes. Anse mudado algunos de las clases inferiores [a] a las superiores; otros han ido a las vniuersidades Salamanca y Alcalá, que es de crer se an de señalar entre los otros, según las muestras que acá an dado. An hecho algunas declamaciones y exercicio de letras, como se dirá abaxo.

5. El R.mo obispo [1] entró en esta ciudad por Julio. Todos los de su diócesi están consolados (y con razón) por tener tan buen pastor, que con su admirable exemplo y excellente doctrina haze gran fructo en sus ouejas. Predica los domingos y fiestas, visitando las perrochias con gran consolación de todos. Ha mostrado bien la afición que tiene a la Compañía y a todos sus ministerios, porque se aprouecha de los nuestros en las cosas que se offrecen; y quando se tardan, los embía a llamar, recibiéndolos con alegría. Pocos días después de su venida nos vino a uisitar, y fué muy edificado de la pobreça juntamente con la limpieca que avía en casa. Pasados ocho días, significándole que auía asserçiones generales [b] de los studiantes, quiso venir a ellas con auer predicado aquel día por la mañana, y confirmado a la tarde por largo spacio en vna perochia muy lejos de su palacio, y estuuo más de dos horas en el general, donde oyó declamar a ocho studiantes, y argumentar a otros con mucha elegancia [c] y satisfación de todos, en lo qual recibió mucho contento, porque acabado el acto, haziendo señal a los presentes que sperasen, entre los quales hauía muchos canónigos y caualleros y personas de suerte, hizo vna plática a todos, en la qual explicó primero la alegría que auía rescibido, viendo el aprouechamiento de los studiantes en erudición y buenas costumbres. Después exhortó a los maestros a la enseñanca de sus scholares con la rectitud y cuidado que se hazía, mostrando tener gran voluntad de fauoreçer y ayudar cada y quando que tuuiese possibilidad. Ansí mismo amonestó a muchos padres

---

a *Emend. ex* superiores. — b *Praec. v. obscure exaratum. Exempl. lat.* assertiones generales. — c elegacia *ms.*

---

1 Vide p. 136.

que estauan presentes, que ayudasen a sus hijos para proceder adelante en sus studios, y que tuuiessen mucha qüenta con lo que tocaua a las costumbres; y tractó esto tan particularmente, que les vino a dezir que los tragessen vestidos honestamente, pues auían de ser dedicados al culto diuino. Finalmente prometió ayuda a los scholares de nuestra schuela que pasassen adelante como deuían.

6. Después el día de S. Lucas, quando se renueuan los studios, vino a casa, que se hizo vn diálogo entre dos ninos studiantes, y vna oración vno de los maestros, elegante y docta; y después se leyeron las reglas de los collegios, sacando en limpio lo que toca a los maestros y modo del ensenar a los studiantes [a]. Auía mucha gente de todos stados, y la justicia seglar, y quedaron muy contentos, y de las reglas edificados de uer con quánta perfectión la Compañía exercita este ministerio, y quán proprio es suyo: quedólo mucho más el obispo, como lo dió a entender con particularidades que para aquí serían muy largas.

7. Haurá vn mes que en esta ciudad se a introducido lo de los ninos huérfanos, que los han recogido a vna casa donde los ensenan y alimentan. Procuróse mucho de nuestra parte, y al fin con el fauor de nuestro Señor se a assentado por medio de los nuestros esta buena obra.

8. Ya V. P. avrá sabido el susceso de la lite que tuuimos sobre lo que su Sanctidad applicó a este collegio [1], y aunque

---

a *3 vv. praec. in marg.*

---

[1] De hac re pauca habet COLMENARES *(Historia de Segovia)*, cap, XLII, § II, et ASTRAIN *(Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España)*, II, c. III, n. 7. VALDIVIA *(Colegios de Castilla, Colegio de Segovia)* f. 179v - 180, ita litem exponit: « En este tiempo se tuvo noticia que don Juan Arias de Ávila obispo que fue de esta ciudad [1461-1497], hauía dexado renta para hazer en ella vn hospital, el qual nunca se hauía hecho; y pareciendo que se podía justamente pedir a su Sanctidad que aplicase esta renta a nuestro collegio, commutando la voluntad del difuncto en esta obra que era tan buena o mejor, se pidió por parte de la Compañía, y de Pedro Arias de Áuila, que era el Patrón y successor del fundador; lo qual el Papa Pío 4 concedió benignamente y hizo gracia de la composición a la Compañía [Per Breve *Sacri Apostolatus ministerio* die 8 Januarii 1560 datum. Cf. DELPLACE, *Synopsis Actorum Sanctae Sedis...* p. 20-21]. Mas la ciudad no tuvo por bien este negocio, porque aquella renta se gastase en pobres y se hiziese el hospital, diciendo que sin esta renta no le faltaría sustento a la Compañía; y dió la ciudad noticia dello al Consejo Real, donde siendo llevadas las Bullas,

por entonces pareció que algunas voluntades de esta çiudad se resfriaron en la deuoción, ya se uan boluiendo con el fauor del Señor, que ablanda los coraçones. Durante el pleito suscedió vna cosa que es razón que V. P. la sepa. Daua el consejo real cierta prouisión sobre el negoçio, y lleuándose a firmar del marqués de Mondéjar [1], que es el presidente, vió que decía en ella teatinos, y la rompió diziendo al secretario que scriuiesse otra donde nos llamase nuestro nombre, que era de la Compañía de Jesú: cosa fué que pasó muy pública.

9. Aora se procura tomar sitio para este collegio, y comencar a labrar. Enderécelo nuestro Señor para seruicio y gloria suya. El R.do arcipreste desta iglesia cathedral, aceptado por nuestro fundador [2], está de muy buen ánimo. Tiene ya destinados mill ducados de renta para dexar a este collegio em bienes ecclesiásticos y patrimoniales; en la labor [a] gastará bien; para esto, como para concluir lo del sitio, speramos al Padre Nadal [3]. El estado de las cosas deste collegio es este; y por consuelo y vtilidad nuestra pedimos a V. P. ser encomendados en las oraciones y sanctos sacrificios de V. P., a quien la Magestad diuina dé su sancto spíritu. Amén. De Segouia a vltimo de Octubre 1561. Por comissión del P.e Rector Santander.

D. V. P. indigno hijo y sieruo en Christo.

┼ MARTÍN DE ARRATIA ┼ [4].

---

a *Emend. ex* en labor.

---

se mandaron retener, dando orden se hiziesse el hospital no obstante la conmuta hecha por su Santidad, y la renta se aplicó al hospital que decían de la Misericordia, con tal que se llamase el hospital de obispo don Juan Arias. La copia de las bullas y papeles tocantes a esto están en el arca del depósito ».

[1] Ludovicus Hurtado de Mendoza.

[2] Ferdinandus de Solier. Cuius tamen cogitata fundatio, ob onerosas praesertim condiciones, tandem admissa non est a Societate. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 649 sqq.

[3] Qui ineunte anno 1562 Segoviam venit. (ibid).

[4] In catal. coll. segoviensis anni 1562, de eo dicitur: « El hro. Martín de Arratia lector de menores y sindico. 3 años de Comp.a « (Cod. *Cast. 13* f. 139). In catal. anni 1564: « El P.e Martín de Arratia natural de Vurgos, de 26 años, de cinco de Comp.ia, rescebido en Valladolid. Ha leído la clase de mayores en los estudios de latín. Está bien aprouechado, y lo haze bien; está algo enfermo, y ansí ha cessado de leer. Hace officio de procurador, y está aprouechado en virtud ». (ibid. f. 140).

588

P. HENRICUS SOMALIUS

COLONIA 26 NOVEMBRIS 1561 [1].

1. *Studiorum sollemnis instauratio. Dialogus exhibetur, carmina parietibus affiguntur; de philosophiae excellentia disputatur. Munuscula scholasticis distribuuntur. Viginti duo scholastici baccalaureatus titulo ornantur. Universi quadringenti triginta censentur. Scholasticae exercitationes diligenter fiunt.* — **2.** *Socii animose ad religiosam perfectionem annituntur. Candidati ad Societatem numerosi.* — **3.** *Brunsvicensis dux P. Henricum Dionysium ad se invitat, ut catholicis succurrere possit.*

1. † IHS. Pax Christi. R.[de] in Christo Pater. Cum hic propemodum mensis effluxerit, simulque oportunum nacti sumus nuncium, qui in Germaniam superiorem proficiscitur, huius mensis breuiter pensum exoluam, ut obedientiae sanctae obtemperemus. Nonis Nouembris studia instaurauimus, ac eo die primum, matutino tempore, sacrum magno cum gaudio et deuotione iuuenum mirifice cecinimus. Post vero, hora 2[a] pomeridiana in scholis nostris (quarum angustiae permultos excluserunt) duo adolescentes studiosi dialogum, quem ex classis poeticae auditoribus unus composuerat, exhibuerunt; reliqui uero parietes uarijs carminum generibus obtexerunt; quae res adeo commouit aliorum gymnasiorum studiosos, ut spectatum non modo uenirent, uerum etiam corrigerent, si possent, affixa parietibus carmina. Deinde ubi exhibitus fuit dialogus, duo rhetores ad classem philosophiae conscensurj, orationes de philosophia pronunciarunt, quorum alter eam contempsit, alter uero postquam laudibus sustulisset, et in magnis scientijs eam reposuisset, antecedentis argumenta euertit, adeo ut laudem sit non mediocrem adeptum illud certandj genus, ac declamandj vtranque in partem usus. Demum singulis adolescentibus ad superiores classes ascensuris, praeter honorem, qui pro uniuscuiusque eruditione tri-

---

[1] Ex autogr. in cod. *Germ. 143,* fol. 218; prius 187 (174).

butus est, munuscula etiam tribus maxime primis classis cuiusque donata sunt, ut hoc pacto omnes ad studia deinceps inflammarentur. Mensem autem unum in iuuenum examine, tametsi ad examinandum octo praeceptores essent instituti, insumpsimus. Tribus uero post diebus 22 ex nostro gymnasio adolescentes ad gradum baccalaureatus in philosophia euecti sunt, in quibus sunt nouem nostrae Societatis; atque eo tempore nouum philosophiae cursum instituimus cum 50 iuuenibus, quorum sunt 6 Societatis: et sunt in his plurimi adolescentes, qui sua indole et insignj probitate magna, tum nobis, tum Ecclesiae pollicentur. Neque paruo gaudio affecti sumus, quod Dei bonitate scholae nostrae magnum sumant incrementum. In classe physica adolescentes sunt 25, quos baccalaureos appellamus; in ijs sunt 9 nostrae Societatis. In classe autem eorum qui tribus post mensibus donandi sunt magisterio, quos licentiandos appellare soliti sumus, sunt 20, quorum 7 [a] sunt nostrj institutj. In classe uero rhetorices, sunt 55. In poetica, 90. In classe demum grammatica inferiorj, 94. Quos tandem uniuersos si in summam contrahas, futurj sunt 430 [1]. Scholasticae exercitationes, quae in lectionum cathalogo ascriptae sunt [2], magna cum diligentia tractantur. Praeceptores etenim laboribus nihil parcunt, ut iuuentutem suae fidei concreditam cum ad literas capessendas, tum uel maxime ad pietatem, et inflamment, et promoueant.

2. Porro fratres, de quibus primo dicere debuissem, obedientiae et uitae simplicitatj consequendae sedulam impendunt operam. Ad quod [b] momentj plurimum habet R. P. ministrj [3] industria, et uis nescio quae paruae mensae [4] insita. Ille quidem sua in regendis fratribus dexteritate facit, ut uirtutum in fratribus non parua fiat accessio; haec uero nihil domi inultum relinquit, nihil abditum, quin mox aut culpae professione, aut in ea accubatione foras efferat. Miraretur T. R. P., si [c] coram spectaret, quantopere in rudibus collegij initijs adolescentes

---

a *Emend. ex* 6. — b *Del.* plurimum. — c *Del.* quanto.

---

[1] Ut ex catalogo lectionum in annotatione sequenti citato colligi potest, omisit auctor auditores classis grammaticae superioris; quae, ut summa vera sit, 96 auditores habere debuit.

[2] Hic lectionum Catalogus editus est a P. Bern. Duhr. Cf. *Die ältesten Studienpläne des Jesuitengymnasiums in Köln*, p. 15 sqq.

[3] Hoc munere tunc fungebatur P. Antonius Holletus Hannoniensis. Cf. HANSEN, l. c. 408.

[4] In usu erat ut parva mensa in medio triclinio poneretur pro his qui aut aliqua poena multabantur, aut sponte paenitentiam agere volebant.

primum in Societatem ingressi, proficiant, et ad sui ipsius uictoriam gnauiter contendant, adeo ut singuli pro gratiae sibi praestitae modulo ad perfectionem adnitantur. Hic nihil est, quod de R. P. Doct. Hermanni nouesiani fratre, qui nunc rhetoricae studet, quicquam repetam [1]. Illud tantum addam, ipso die diuae Catharinae in Societatis alumnum cooptatum esse. Sunt etiam plures, qui ad id magno studio contendunt, ingressum expetentes: sed licet eis non denegetur, prorogatur tamen ingressus, partim ut eorum animi explorentur, partim etiam ut ad feruorem et desiderium, quo tenentur, fiat maior pietatis accessio; et ut ingenue fatear, loci etiam angustiae pluribus ingressum negare prorsus uidentur.

3. Existimo T. R. P. memorem adhuc esse illustrissimi illius ducis, cuius superioribus literis ad V. P. memineram [2]. A sua celsitudine ante biduum accepit literas R. P. doctor Henricus Dionysius, ad quas propriam manum admouerat dux illustrissimus, quibus illum ad erigendam fidem, iam grauiter inclinatam, euocat magna illi pollicens; licet nihil quod terrenum sit expectemus, cum Deus sit in caelis abunde repensurus si quid operae in excolenda uinea quae a uiperis demolitur, contulerimus. Eiusdem illustrissimi principis orator, qui legationis munus Coloniae foeliciter obiuit, ad R. P. Doct. Henricum Dionysium literas quoque dedit, quibus principis animum ita affectum esse dicit, ut maxime cupiat scholas erigi, in quibus iuuentus a nobis erudiatur. Sic itaque speramus propediem aurigam affuturum, qui hinc uidelicet ad principem illum sit aduecturus. Et quemadmodum nobis renunciatum est, et me scripsisse superioribus literis opinor, populus est durae ceruicis, et moribus forte agrestior. Quare cupimus plurimum suam R.^{m} T.^{ae} R.^{dae} P.^{tis} ac aliorum precibus atque sacrificijs esse quam commendatissimam, ut ex hac profectione gloriam Christus immensam, et salutem uberrimam populus suscipiat, quem simul precamur ut T.^{am} R. P. diu seruet incolumem. N. R.^{dus} Pr Leonardus [3], qui iam meliuscule ualet (grauiter enim antea laborauit) praeter salutem,

---

[1] De Petro Thyraeo, Hermanni Thyraei fratre, aliqua dixerat auctor in epistula die 31 Octobris data, quam vide sis apud Hansen, l. c. 408. De utroque Thyraeo consuli potest Sommervogel: *Bibliographie de la Compagnie de Jésus,* s. v. Ex hac epistula solvitur dubium quod est apud Sommervogel, de anno quo Petrus Thyraeus Societatem ingressus est.

[2] In epistula die 31 Octobris data, de qua in annot. superiore.

[3] P. Leonardus Kessel.

quam impertitur T.ae R.ae maximam, se uestris precibus et sacrificijs commendat obnixius, quod et nos etiam facimus, quam possumus, humillime. Coloniae 1561, 26 Nouembris. (Ex commissione R. P. nostri Leonardj)

T. R. P. filius indignus

HENRICUS SOMALIUS dionantensis [1].

589

IOANNES PAULUS OLIVA

PERUSIA 30 NOVEMBRIS 1561 [2].

1. *Studium perfectionis hortationibus Patris Generalis et Provincialis itemque Patris Polanci incensum.* — **2.** *Scholarum status prosper.* — **3-4.** *Fructus ex ministeriis erga proximos, apud quos socii magna fruuntur existimatione.* — **5.** *Admissi in Societatem.* — **6.** *Cardinalis et episcopi perusini benevolentia.* — **7.** *De collegii fabrica.*

1. Yhs ✝ Maria. Molto R.do in Xpo. Pre. Pax Xpi. *[Breviter scribet. Sociorum numerus circa sexdecim, incertus tamen.]* Tutti però diligentemente, secondo le sue forze, et alegramente hanno fatti li suoi offitij, incitati a questo grandemente per l'esortationi del nostro Pre. Generale et del Pre. Polancho, li quali andando in Francia, passorno de cqui, et similmente del R.o Pre. nostro Prouinciale [3], tal che nella renouatione delli uoti è stata uista in tutti grande prontezza di animo. Ne penso

---

[1] P. Henricus Somalius per id tempus philosophiam docebat. Cf. DUHR, l. c. 16, 18. Exstant duplices eius responsiones ad interrogationes Patris Nadal (II, 590 sqq.) quae videntur respondere visitationibus memorati Patris annis 1562 et 1566 factis. In prioribus responsis dicit se esse dionantensem (ex urbe Dinant); habere circiter triginta annos; ante ingressum in Societatem fuisse studiosum et in templo concentorem; ingressum vero Romae ante duodecim annos; a biennio sacerdotem factum Coloniae; habitasse Romae, Florentiae, Mutinae, Venetiis, Perusiae, Laureti: demum ex urbe Roma missum Coloniam; docuisse tandem litteras humaniores annos fere quattuor in Italia, et totidem fere annos philosophiam Coloniae.

[2] Ex autogr., ut videtur, in cod. *Rom. 126 A.*, ff. 146-147; prius 211-212.

[3] P. Petrus Ribadeneira.

ch'io in questo debbia esser molto longo, puoichè questo solo basta per esplicare il tutto, che li fratelli, benchè alli suoi superiori et alli altri assai satisfactiano, a se stessi non dimeno non satisfanno. Questo sia detto del profitto spirituale, hora se dirrà alcuna cosa del frutto delli nostri studij.

2. Delli nostri fratelli che cqui hanno studiato, uno è stato posto in logo d'un maestro in una classe, che per ordine di V. R. P. è andato in altro collegio, et un'altro è stato mandato ancor lui in un'altro collegio per esser lì maestro. Li forastieri sì nelle lettere, sì ancora nelli costumi, hanno fatto non poco frutto. Tra quelli, alcuni hanno incominciato ad attendere ad altre scientie, come a filosofia, et legge, altri sonno passati nelle classe magiore. Sonno stati ancora alcuni honesti gioueni non alieni dal nostro instituto, li quali sonno stati mandati nel collegio germanico. Per preghiere de molti, tra li quali ci forno alcuni religiosi, si sonno incominciate a legere lettione grece, le quali per alcun tempo prima erano state intermesse. Si è ancora recitata nel domo un'oratione de studio philosophiae, la quale per la dottrina et ornamento ha mirabilmente a tutti li auditori piaciuta. Nel principio delli studij hauendo da esporre quel nostro fratello che legge in studio [1], il libro intitolato De Somnio Scipionis, l'andorono ad udire quasi tutti li magistrati di questa città (il che a pochi auenne), et si diuulgò tanta fama della dottrina di quello, che ci fece beneuoli li animi de molti; anzi quelli istessi, che nell'instituto et modo de nostri studij ci erano molto contrarij, deposto giù l'antico animo uerso di noi, si sonno seruiti dell'opera et fauor suo in ottenere una gratia dal vicelegato, la quale per altro mezzo non haueuano potuto impetrar'. Agiongerò qui un'altra cosa, la quale è che non solo scolari di questa città, ma ancora religiosi et forastieri di uarij lochi, uengono ad udire li nostri maestri. Ma questo basti quanto alli studij.

3. Hora dirrò quel che mi occorrerà della nostra chiesa, nella quale li nostri Padri esercitano li soliti offitij di nostra Compagnia et il numero de quelli che ci concorreno è tanto quanto possono sopportare li nostri sacerdoti, che sonno solo tre, et de quelli uno è il nostro P.re Rettore [2] molto occupato in altre cure, et l'altro legge rhetorica. Non dubitamo però che non

---

[1] Anno 1560 legere coeperat Lelius Bisoglio (Bisciolus), quem existimamus adhuc in illa lectione durare. Cf. *Litt. Quadrim.* VI, 695-696.

[2] Ioannes Nicolaus de Notariis.

habia da esser' molto magiore il concorso della gente, se ci sarranno più sacerdoti, et si questa nostra chiesa, che hora l'hauemo nella più alta parte del collegio, uicino alle nostre cambere, sarrà trasferita da basso al paro della piazza. Il frutto che si caua d'all'opera non è piccolo, come si pò cognoscere da molte cose, ma particolarmente dall'uso de sacramenti, li quali poi la uenuta delli nostri si sonno cominciati così spesso a frequentare, che non ci è quasi chiesa alcuna nella quale ogni otto giorni non si comuniheno [*sic*] alcuni; il che il sapemo per parole delli istessi cittadini, li quali liberamente confessano che di questo puoi il Signore Iddio si deue referir gratie alla Compagnia. Se agiutano li poueri tanto con priuate, quanto con le publihe [*sic*] esortationi di nostri Padri, onde quelli ricorrono al nostro collegio, come ad securissimo alleuiamento della sua pouertà. Et per lasciar' hora li altri esempij di questa cosa, dirò solo che per il nostro Padre Rettore si è operato che da un cittadino si desse la dote necessaria ad una pouera. Si potriano dire molte cose delle confessioni, ma perchè già è noto a tutti quanto frutto si raccolga da quelle per li nostri Padri, lascio ragionar di quelle. Se sonno fatte paci et sedati odij et discordie, si sonno anco uisitati l'infermi. non solo di giorno, ma di notte, et niente finalmente si è lasciato di fare, che fossi appertenente al nostro instituto.

4. L'autorità della Compagnia et bona opinione in questa città cresce ogni dì più, il che prima si può conoscere per alcuni segni communi, come per l'honore che si fa alli nostri, et per il numero et nobiltà di coloro che uengono a dimandar conseglio da nostri Padri, massime dal Pre. Rettore; poi ancora per alcuni priuati, delli quali non sarà fuor di proposito raccontarne doi, o al più tre. Vn certo huomo, assai potente in quelle tre cose che li huomini molto apprezzano, in nobiltà, dottrina et ricchezze, una cosa solo non haueua per conseguir l'humana felicità (si ci è lecito tal nome), cioè la giouenil età (imperochè era uechio et haueua speso bona parte della sua uita nella guerra non molto bene); essendo costui incorso in una infirmità, et uicino alla morte, nè per admonitioni, nè per preghiere de molti religiosi, haueua potuto indursi a prepararsi (come si conueniua ad un christiano) all'ultimo fine de sua uita, anzi non solo haueua solito disprezzar le parole di quelli, ma riuoltare altroue il uolto, dando aperti segni di curarsi poco o niente della sua salute. Vedendo questo li soi parenti, fero ricorso ad uno di nostri Padri, il quale essendoci andato all'in-

fermo, fò da quello riceuto molto cortesemente, et con grande attentione udito, di tal modo, che hauendo assai bene accomodata la cosa, et ben disposto l'infermo, parstendosi non desiderò di esser ringratiato, perchè fu da quello con molta cortesia licentiato. Si ha però da laudare Iddio nostro Signore, il quale habia uoluto per un Padre della Compagnia operare quel che altri non haueuano potuto. Ci fò un certo altro, il quale per opera de nostri, secondo il desiderio di quelli che lo ricercauano, accomodò et dispose li soi beni. Vn'altro ancora pregato da alcuni suoi amici che uolesi pigliar per mogliera una, la quale prima haueua tenuta per concubina, et in niun modo uolendo consentire, esortato da uno dei nostri si confessò [a] et fece per amor del suo creatore quel che per preghiere delli huomini non haueua uoluto fare. Ha confirmata et accresciuta questa authorità nella Compagnia la predica che nostro Padre Generale, pregato dal cardinale, fece nel domo con gran' auditorio et sodisfatione. Queste et molt'altre cose simili si sonno operate dentro questa città. Ben è uero che il bon odor della Compagnia esce ancor fuore, imperochè questi mesi forno mandati a nostro Padre alcuni da una terra uicina a dimandar un collegio per quella. Oltre a questo, alcuni nostri fratelli essendo andati in peregrinagio a Loreto queste uacanze che del mese de settembre forno fatte nelli studij, ritrouorno la gente tanto amoreuole di quella, che pensamo fosse molto da lodare la diuina bontà, la quale habia tanta cura de soi serui.

5. Sonno stati riceuuti quattro nella Compagnia, delli quali il quarto è stato sacerdote, homo sì per la sua bontà, sì anco per il dono di predicare, di molta autorità et di bona fama, et per questo ancora molto grato al R.mo vescouo [1], onde li haueua data la cura di una parocchia, la quale colui, aspirando a più alte cose, per inspiratione diuina ha lasciata. Et di ciò il R.mo Monsignor si è certo doluto, ma poi per amor nostro (atteso che è molto amoreuole et benemerito del collegio), assai bene contentato. Sonno ancora altri inclinati all'istituto nostro, ma per giusti rispetti non si sonno però ad hora riceuti.

6. Non par fuor di proposito ragionar quì de quel che potrà esser' d'alcuna edificatione, cioè del bonissimo animo del R.mo cardinale et uescouo uerso di noi. Il R.mo cardinale [2] (per non

---

a confesseso *ms.*

---

[1] Hippolytus Corneus.

[2] Julius Fulvius Corneus, cardinalis perusinus dictus.

dir hora de quel che spende per sostentarci) delli denari spesi nelle cinque potteche, oltre le doi che la città ci haueua donate, et la fabrica già incominciata a sue spese, mentre è stato in Perugia ha molte uolte uisitato nostro collegio, et ci ha per questo generato non poca autorità appresso il popolo, nè mai ha cessato farci beneficij et fauori, tal che pareua hauesse molto a caro posserci fauorire et agiutare. Il R.mo vescouo ancora (como altre uolte è stato scritto a V. R. P.) nel uisitare il suo uescouato, in essaminare quelli che han da pigliar ordini sacri, et nelle altri negotij che appertengono al culto diuino, si è sempre seruito et serue del conseglio et opera de nostro Pre. Rettore, il quale ben che sia molto occupato nel proueder' et hauer cura del collegio, nelle spesse confessioni, et in molte altre facende; non dimeno per ritrouarsi in S. R.ia tanta humanità et diligentia, li ha sempre molto benignamente et con solecitudine sodisfatto.

7. Quanto alla fabrica, le cose per quella necessarie, parte sonno già preparate, parte hora si preparano. Le potteche oltre il sito della chiesa, darranno al collegio comodità di stalla, cantina, schole, giardino et d' altre cose che qui n' haueuamo grande bisogno [*Preces et operarios postulat.*] Da Peruscia, l' ultimo di nouembre 1561. De V. R.a P. — Per commisione del R.o Pre. Rettore — Indegniss.o in Xpo. figloolo.

IO. PAOLO OLIUA [1].

590

SEBASTIANUS DE CORDUBA

HISPALI 28 DECEMBRIS 1561 [2].

a *Emend. ex* elemosina. — b *Prius* fuora. — c *Prius* speriammo.

---

[1] Iubilaeum pro continuando Concilio tridentino concessum erat a Pio IV per bullam « Ascensurus in coelum Dominus » datam die 25 Martii 1560. Eam videre potes apud *Concilium tridentinum...* (Edidit Societas Goerresiana), VIII, 13-14.

[2] MATTH. IX, 37.

più uolte stata dalla ser.[a] di detto luogo, et altri nobili procurata, non si era però mai ottenuta. Al S. sia summa lode, honor et gloria. Vn gentil huomo parimente, il quale per gran spacio di tempo era stato in discordia con una persona molto principale, per la bontà del Signore è stato riconciliato con quella. Sonosi etiamdio per mezzo di un diuoto della Compagnia pacificate due fameglie, le più nobile di questa città, le quale benchè per il passato siano state fra se con odij crudelissimamente, di tal modo ch' [a] eglino fra se dir soleano che suggeuano col latte la inimicicia, hora non dimeno (mirabile Iddio) uiuono et conuersano fra loro, come si mai fossero stati nemici. Sono state ricercate alcune prediche fuor di Nola, ma per le uarie occupationi non si è potuto sodisfare.

5. La ser.[a] contessa di Nola [1], fondatrice di questo colleggio, ci ama et prouede, parte per se, parte per altri, come madre. Tutte le uolte che il sopradetto regente si truoua a Nola, uisita la nostra chiesa confessandosi et communicandosi in essa con grande edificatione di questi, i quali per opera sua hanno determinato di darne 200 ducati per limosina. Morendo appresso una certa ser.[a] in Napoli lassò [b] 100 ducati al nostro colleggio. Hauendoci il conte di Montecaluo et la prencipessa di Bisignano [2] proueduto di grano per l'anno presente: non dirò d'altre cose più minute. Douendosi poi partire monseg.[r] il vescouo di Nola [3] per il concilio, mostrò grande desiderio ch'uno delli nostri uisitasse col suo viccario questa sua diocese, al cui santo pensiero, per alcuni giusti rispetti, non si è potuto sodisfare. Uiene non dimeno il sudetto viccario spesse uolte a communicare con li nostri molte cose, portando il medessimo rispetto [c] et riuerenza al nostro P. R. [4] ch'al proprio vescouo, il quale anchora auanti la partita sua di Nola ordinò che tutti di sua diocesi che [d] uogliono pigliar ordini ecclesiastici, siano essaminati et approbati dalli nostri, la qual cosa alle quatro

---

a ch' *supra vers.* — b *Del.* cert. — c *Del.* al n. — d che *supra vers.*

---

[1] Maria Sanseverino.

[2] Princeps de Bisignano affinis erat Mariae Sanseverino paulo ante laudatae. Cf. AMMIRATO: *Delle famiglie nobili napolitane*, parte prima, p. 31-32.

[3] Vide p. 88.

[4] Intellige Prem. Rectorem Ioannem de Montoya.

tempora dì Natale con alcuni si è fatta, sodisfacendosi non solo a questi, ma a tutti che uengano a domandar conseglio d'altre cose. [*Preces postulat et valedicit.*]

Di nola il dì [a] 4 di gennaio 1562.

D. V. R. P. indegnissimo in Xpo. seruo.

FRANC.co DE GRANDI [1]

611

P. GULIELMUS ELDEREN

AUGUSTA 5 IANUARII 1562 [2].

Contiones P. Canisii frugem in dies reddunt ampliorem, unde Augustae facies mutata videtur. Ad indulgentias lucrandas ingens populi accursus, et publicae supplicationes. Plurimus ac frugifer usus sacramentorum. Usurarii negotiationem turpem deponunt. Virgineus status honorem suum vulgo gratiamque recuperat. Haeretici P. Canisium et iesuitas insectantur. Divi Hieronymi epistolarum editio a P. Canisio curata. Aegrotis subvenitur.

---

a *Del.* 3.

---

[1] In « *Cathalogo et informatione di quelli che uiuono in questo collegio di Nola* » haec scribit Rector hoc ipso anno 1562: « Il P. Fran.co Grandi d'Arimino maestro della seconda classe, ha cominciato quest'anno ad insegnare; sarà di intorno a 30 anni. Fa pocho tempo che sta nella Compagnia et lo dimostra; ha inclinatione (et penso anche attitudine) a pasar inanzi nelli studii ». Cod. *Sicul. 59*, f. 6 (prius 24). Cf. *Epist. P. Salmeronis*, I, 412, 481, 490, 553; II, 749. In cod. *Rom. 169* annotatur eius ingressus in Societatem die 21 Septembris 1561.

[2] Exstat origin. in cod. *Germ. 139*, ff. 109-110; prius 115-116 (32-33). Edita est fere integra apud BRAUNSBERGER: *B. Petri Canisii Epist.* III, 602-604; 783. Ideo eam hic omittendam duximus.

612

P. HIERONYMUS XIMENEZ

PLACENTIA 5 IANUARII 1562 [1].

1. *De sociis et religiosa disciplina.* — **2.** *De fructu ex contionibus manante, praesertim in puellas sive nobiles, si ancillas.* — **3.** *De his qui sacramenta in ecclesia nostra frequentant. De pueris, qui fidei elementis erudiuntur.* — **4-5.** *Paces initae.* — **6.** *De scholasticorum profectu in litteris et bonis moribus. De iis quae in studiorum instauratione acta sunt.*

1. ✝ Ihs. Muy R.^{do} en Xpo. P.^{e} Pax Christi; etc. [*Undecim socii quorum quinque sacerdotes, bona utentes valetudine enixe ad perfectionem contendunt.*] En lo que toca a las penitençias y mortificaçiones, más es menester yrles a la mano, que no animarlos; y digo esto en particular, por aver sido el feruor particular.

2. Ahora diré del aprouechamiento en los de fuera, para el qual han hecho mucho al caso los continuos sermones que han tenido dos Padres los domingos y fiestas, vnas vezes en nuestra yglesia, otras en las perrochias desta çibdad, a ynstançia de los curas, y siempre con gran concurso de gente; y por la bondad de Dios con aprouechamiento de las almas; como se podrá collegir de lo que voy a contar. Vna donzella rica y de las más nobles deste pueblo començó a continuar los sermones, y aun las confesiones en nuestra casa, y juntamente su madre a procurar de casarla, trayéndola personas principales que la pedían, a las quales ella menospreçió muy deliberadamente, diziendo que aunque la hiziesem pedaços, no tomaría por esposo otro que a Iesu Christo, al qual tenía dada la palabra con voto de castidad. La madre como desease veerla casada, y no en otro estado, pretendía quitar este vínculo con breue del Summo Pontífiçe. Pero oyendo vn sermón, que hizo vn Padre de casa, de virginitate, salió tam mudada, que bolviendo a casa, dixo a la

[1] Ex origin. in cod. *Hisp. 99*, ff. 38, 39; prius 391, 392. Praecedit in ff. 34, 35 exemplum latinum subscriptum ab Alfonso de Heredia.

donzella: Ay hija, si te oviera priuado de tan gran joya, qué fuera de mí! Estáme fuerte en tu propósito, que yo moriré contigo en la demanda. Otra donzella, también rica y noble, de cuya honestidad se temía por no paresçer tam recogida, oyendo los sermones, vino poco a poco a hazer vna confessión general y a recojerse tanto. que alaban a Dios los que antes la conosçían. Y no paró en esto, que haziendo voto de castidad, pidió a su padre carnal que en ninguna manera tratase de casarla, pues ya no podía; y él con lágrymas se gozó con tam buena hija; la qual comencando a gustar de los frutos de la virginidad, movió a vna criada suya a lo mismo, y la criada después que hizo el voto, ha tomado como por officio traer a otras moças a confessar, de lo qual se sigue tanto prouecho, quanto daño se suele seguir, quando son estas dissolutas, y traen mensajes a las donzellas y señoras donde siruen. Ay algunas destas moças de seruiçio que toman este negoçio tam a pechos, que en medio de sus trabajos ayunan el aduiento y viernes [a] del año, y traen çiliçios, y toman disciplinas, de modo que es necessario poner tassa a sus feruores; y comúnmente las personas que en casa se confiessan tienen semejantes criadas, a las quales quando hazen alguna falta, dan penitençias de besar la tierra, y estar de rodillas, no hablar en tanto tiempo, etc. Otra donzella bien rica, tratando su agüelo y madre biuda de casarla con vn mayorazgo, persona muy prinçipal, hechas ya las scripturas, y aviendo venido de fuera a esto, quando ya no faltaua sino el fiat, ella dixo muy libremente a los que la pedían el sí: « En vano trabajáis, que avnque sea con el rey de la tierra, no lo tengo de querer, sino a solo Iesu Christo »; y amenazándola, dezía: « Pluguiese a mi S.or Dios, que por amor suyo fuesse yo arrastrada de los cabellos por medio desta çibdad »; y echándola personas honradas, hombres y mujeres, que la moviesen a casarse, dávales a todos tales respuestas, que los confundía y hazía callar; y aun a personas muy principales dezía que no entendían lo que era mejor en esta parte, y se reýa dellas. Quando esto acaesçió, pocas vezes se avía confessado con los nuestros, mas después acá ha sido muy freqüente en las confesiones y communiones, así como su madre, la qual viendo que la hija avía tomado la mejor parte, animóse ella a hazer lo mismo, y confesarse tam amenudo. Lo mismo hazen dos tías

---

a vienes *ms.*

y vna hermana, y ésta comienca ya a dezir que tampoco ella se casará. La madre está ya determinada, después que oyó el sermón sobredicho de virginitate, de [a] no estoruar a sus hijas el estado de virginidad y religión, si ellas lo quisieren tomar. Estas tres donzellas que he dicho, se dan mucho a oración, penitençia y mortificaçión; y es marauilla los modos que hallan para ello.

3. Anse hecho algunas confesiones generales, y en espeçial de vna persona que casi en toda su vida no se havía confesado bien, con ser ya de veinte años, y fué cosa de admiraçión la repugnançia que sintió; porque començándose a confesar generalmente, començósele de tal manera a trauar la lengua y sentir tantos desmayos, que en dos horas no le pudo el confesor sacar palabra; pero en fin con ayuda de nuestro S. hizo muy bien su confesión general. Los que se confiesan y commulgan en nuestra yglesia de ocho a ocho días, serán çiento y çinqüenta; y de mes a mes, otros tantos; de modo que por todos llegan a trezientos. Si oviese copia de confesores, llegarían sin duda a seysçientos, pues sabemos que la falta dellos haze que mucha gente se confiese y commulgue en las perrochias y monasterios, la qual toda se confesaría en nuestra casa, si hallase con quién. De los demás mynisterios, scilicet, visitar enfermos, ayudar a bien morir, predicar la doctrina en la cárçel, yr a los hospitales, no diré nada en particular, por ser cosa muy ordinaria; saluo de vn enfermo, el qual avía ya resçebido la extrema vnçión, quando un P.e de casa le fué a visitar, mas no se havía confesado ni commulgado, porque, perdida la habla, no avía podido su cura sacar materia de absoluçión, aunque avía trabajado bien en ello; pero el P.e de casa dióse tam buena maña en hazerle boluer en sí, que finalmente por señas y de otras maneras sacó materia de absoluçión. Dexáuame por dezir el fructo que se haze en los ninos, enseñándoles la doctrina christiana todos los domingos y fiestas, no siendo menester yr por ellos con campanilla; porque ellos, oýda la campana que se tañe a çierta hora, vienen luego a nuestra iglesia como dozientos niños, y a las vezes más.

4. No ha muchos días que por muerte de vn hombre se alborotó esta çibdad, y los vandos que siempre uvo començaron a alçar cabeça. Pero quiso nuestro S. que poniéndose de por

---

a *Emend. ex* que.

medio vn P.e de casa, y hablando a las cabeças del vn vando y el otro, se apagó el fuego que ya se començaua a ençender. Y anda la cosa en tales términos, que speramos en nuestro S. que muy presto se estirparán del todo los vandos de Plazencia, tam sonados por España [1].

5. Este mismo P.e hizo amigos a otros, el vno de los quales avía cortado vn dedo al otro. El herido quedó tam lastimado, que por muchos días, ni vnas personas ni otras pudieron acabar con él que perdonase, o viniese a algún concierto. Antes hecha la ynformaçión, y sellada, estaua de camino para la corte, con propósito de lleuarlo muy por el cabo. Fué el Señor servido de aplacarle por medio de aquel P.e, de tal manera, que le dió el proçesso, y se hizo amigo del que le avía herido.

6. En los studios también se haze fructo con la graçia diuina. Verdad es que casi hasta ahora todo se nos ha ydo en cultiuar los ingenios que esta tierra lleva vn poco indómitos, para resçebir fructuosamente la doctrina de la Compañía. Mas ya este año paresçe que an reconpensado lo passado, ansí en cosas de virtud, como de letras; porque son muy obedientes a sus maestros, y se muestran más affiçionados a las cosas de Dios. Confiéssanse todos cada mes, y algunos más a menudo; rezan su rosario y otras deuoçiones que las reglas de nuestros estudios mandan. Tres dellos an hecho en casa los exerçiçios, y salido muy aprouechados; los dos con propósitos de ser religiosos. También los hizo vn saçerdote theólogo de fuera de aquí, con tanto sentimiento, que hasta oy perseuera en la oraçión y recogimiento, dexando la cura de ánimas que antes de los exercicios tenía. Pero bolviendo a los studiantes, ay algunos inclinados a religión, y vno dellos se entró los otros días en los hierónymos, y según nos dizen, prueva muy bien. De nuestra parte para ayudarles en tam buenos propósitos, demás de las pláticas de los viernes, todos los días se toma vn quarto de hora al fin de las leçiones para enseñarles la doctrina christiana. En la primera classe la cantan los niños con mucha edificaçión del pueblo, en las demás la declaran los maestros cada día vn poco, aunque gustan todos tanto de dezirla cantada, que los de medianos y mayores importunan a los maestros se la dexen

[1] De his partibus et de pace inter eas (enixe ad id laborante P. Balthasare Loarte) inita, plura dabunt litterae placentinae 25 Maii et 13 Septembris 1562.

cantar. Son más de çiento los que continúan, sin otros que vienen de quando en quando, y el número dellos creçe más de cada día; porque los padres que antes embiavan sus hijos a otro estudio que ay en esta çibdad, viendo el cuydado que se pone en el nuestro, y el aprouechamiento de los que en él estudian, nos los han traýdo para que los enseñemos letras y buenas costumbres; y çierto, en lo que toca a letras, ay estudiantes muy aprouechados, espeçialmente en la classe de mayores, y véese en las buenas composiçiones que traen, ansí en prosa, como en verso, no dictándoles el maestro todo lo que han de componer, sino proponiéndoles simplemente el argumento de lo que han de tractar, para que ellos lo amplifiquen por los lugares de retórica, que se les lee. El día de S. Lucas, quando se comiençan los estudios con feruor, hizo vno de los maestros en la yglesia de casa vna oraçión en alabança de la concordia, endereçada contra los vandos desta çibdad; y suçedióle tam bien, que aunque duró hora y media, no repitió ni vna palabra, ni en la actión uvo más que pedir, y ansí se hizo con aplauso y admiraçión de todos; y para honrrar más las letras, colgáronse algunos paños en el claustro, y en ellos y en las puertas de la yglesia se pusieron muchos epigrammas de diuersos géneros de versos en latín, griego y romançe; pero lo que más se miró fueron algunas emblemas y pinturas de mucha erudición, las quales tenían también sus versos que declarauan el sentido de cada vna. [*Preces postulat.*] De Plazençia a çinco de Enero de mil y quinientos y sesenta y dos años.

De V. P. mínimo hijo indigno en X°.

† Hierónymo Ximénez [1].

Inscriptio: † IHS. Quadrimestre de Plazencia de Enero de 1562.

---

[1] Vide p. 17.

613

ALVARUS DE ORIVE

VALLISOLETO 6 IANUARII 1562 [1].

1. *Sociorum numerus. Religiosa disciplina. Admissi in Societatem. Canditati. Scholasticorum profectus.* — **2.** *Contiones plurimae nec uno loco, crebrisque auditoribus gratae, praesertim Patris Gutiérrez apud curiae administros; cuius etiam consilio multa bona in carceribus gesta sunt.* — **3-4.** *Lis quam pro placentino collegio persequitur P. Gutiérrez, Societatis existimationi non modo non obest, verum causa maioris benevolentiae est. Auxilium praestitum reis ob peccata in fidem plectendis.* — **5.** *Circumcisionis festum sollemnius actum.* — **6.** *Accedentium ad sacramenta ingens numerus.* — **7.** *Graviter aegrotantium cura.* — **8.** *Acta in urbis incendio.* — **9.** *Xenodochiorum visitatio.* — **10.** *Fidei christianae rudimenta per vicos docentur. Paces inter dissidentes componuntur.* — **11.** *Excursus in vicinum oppidum occasio conversionis peccatoris obstinatissimi est.*

1. Ihs. Admodum R.de in Chro. Pr. Pax Christi etc. [*Duodetriginta socii collegium incolunt, qui omnes, unico excepto, bene valent; omnesque ad perfectionem ratione et more nostro contendunt.*] Ex quinque, tum scholasticis, tum clericis, quibus exercitia spiritualia sunt tradita, unus in nostrum contubernium est coaptatus [a], sacris initiatus ordinibus, quique grammatices atque rethoricae facultatem non mediocriter fuerat professus, fiet Deo Opt. Max. duce, ut expectationem quam de illo concepimus, uel uincat, uel saltim aequet [2]. Est preterea alius adolescens, qui uehementer optat in Societatem nostram admitti, nec se

---

a *Sic A* et *B pro* cooptatus.

---

[1] Ex autogr., ut vidėtur *(A)*, in cod. *Hisp. 99,* 2 ff. nn. 29, 30; prius 404. Est aliud exemplum latinum *(B)* in ff. 32, 33, in quo aliqua verba rectius scripta sunt.

[2] Videtur agi de P. Melchiore de las Cuevas, qui post paucos menses Societatem reliquit, ut colligi potest ex cod. *Cast. 13,* ff. 16 et 42bis.

continere potuit, quin uoto Societatem ingrediendi intra sex mensium interuallum se constringeret. Hic praeter generis splendorem sortitus est eas animi et corporis dotes, quae accommodatissime ad Societatis nostrae munera obeunda esse uidentur. Hoc anno, Christo auspice, ad extremum theologiae cursus perueniet, prospere quidem quantum talis fert aetas; habet enim quosdam ingenij igniculos, qui magna de se promittere uidentur. Decem hucusque ex nostris studia sacrae theologiae protraxere, quorum profectus in dies auctior est, et apud exteros in hac re celebrior opinio.

2. Opus est jam ut ueniam ad labores [a] quos in hoc Domini praediolo Patres nostri hilariter contulere, qui si minutatim essent referendi, uix epistolae modum tenerem; eos tamen subijciam, ex quibus facile erit coeteros conjecturis ducere. Quatuor Patres majori ex parte in magnificentioribus hujus oppidi templis solent in concionem procedere; nam nulla fere est concio, quae honorifica sit, quae Patribus nostris non demandetur, cum alias hic adsint insignes concionatores; tanta est ad nostros animi cum laude propensio. Hinc fit, ut copiosissimus [b] sit auditorum concursus, non tantum plaebei ordinis, sed et eorum, qui tum in literis, tum in generis splendore primas ferunt; auditores namque et praetores cancellariae, penes quos est hujus regni gubernaculum, iurisperiti, aduocati, collegae, alijque uiri literati, necnon illustrissimi homines, tum comites, tum marchiones fraequentissime ad audiendas Patrum conciones confluere solent. Canonici hujus metropolis statuere secum huic nostro collegio unam ex his concionibus assignare, quae quadragesimae tempore in singulas haebdomadas per anni circulum deuolui solet. Canonicus quidam, uir magnae authoritatis, importunis praecibus contendebat ab auditore cancellariae, ut quantum jus aequumque pateretur, protelaret [c] sententiam illius causae, quam Pater Gutterrius [1] pro placentino collegio hic agit atque defendit, ut uel sic liceret ejus concionibus frui; est enim in hoc genere mirificus artifex, utpote qui ad leporem dicendi jungit sermonis efficaciam. Inter alias unam apud eos habuit concionem, qua de timore tremendi judicij et mortis ita disseruit, ut in stuporem quosdam adduceret; quibusdam uero metum uehementissime incuteret, adeo ut uix possent ad id credendum

a labres *A.* — b copiossissimus *A.* — c protellaret *A.*

[1] P. Martinus Gutiérrez, collegii placentini rector.

adduci quod ex Patris ore elabi cernebant; eoque res producta est, ut nonnulli ex canonicis consultum irent uirum quendam apprime doctum, quique cathedram theologiae in hac academia moderatur, num illud ita esset, ut a Patre Gutterrio accepissent? Cujus rei integrum responsum doctor ipse in concione, quam sequenti die erat habiturus, protulit, ubi non defuit illi acrimonia in reprehendendo ignorantiam eorum, qui alias doctores legis esse deberent, asseuerauitque rem ita se habere, immo multo acerbius quam a Patre Gutterrio didicissent. Si quando rem aliquam persuadendam assumit, eos sermonis aculeos in animis auditorum relinquit, ut quiescere non sinat, donec reipsa compleuerint quod Pater persuadere nitebatur; quod cum saepe usuuenire soleat, tum maxime reipsa probatum est; cum enim proclamasset eos pauperes, qui in carcerem sunt detrusi, extrema indigentia premi, diligentissime miseris opitulatum est, uariis hinc inde eleemosynis collectis; inter quas matrona quaedam nobilis, cum primum concioni illi extrema manus esset adhibita, quidquid ad lectum unum sternendum necessarium est, liberrime obtulit. Saepissime Patres inviserunt [a] hoc genus hominum, tum ut eorum mentes concionibus instruant, tum ut confessiones audiant, qua in re tantopere nobis animum illustris admodum cancellariae regiae praesidis [1] conciliauimus, ut hanc occasionem nactus Pr. Rector [2], cum illo de re quadam agat, quam in magnum hujus regni emolumentum futuram speramus; de ea autem cum primum foelicem exitum fuerit sortita, certiorem tuam R. P. faciam. Benigno animo atque uultu hilari Patres nostros excipit illorumque consilia acceptat. Cum admoneret Pr. solertiorem curam circa uinctos esse oportere, quam modo esset, tam circa eorum animas, quam corpora, animo prorsus paterno addidit se primum uelle interesse concionibus, quae illic habendae essent, et ministrum se exhibere mensae pauperum, qui illic conjecti sunt, ut uel sic [b] eos inflamaret, quo se in saniorem mentem reciperent.

3. Inter alia multa, quae nobis sic animum illustriss.i praesidis conciliauerunt, non postremum locum tenet causa et lis illa,

---

a inuissi sunt *ms.* — b sio *A.*

---

[1] Franciscus Tello de Sandoval, post episc. oxomensis et placentinus. Cf. GONZÁLEZ DÁVILA: *Theatro eclesiástico de la iglesia y ciudad de Osma*, p. 73.

[2] P. Hieronymus Ruiz del Portillo.

quam pro collegio placentino, hic persequitur Pater Gutterrius, quod non parum in admirationem mouere debet, praesertim si naturam atque conditionem [a] hujuscemodi negotiorum contemplemur. Uehementer tamen suspicor hasce spinas tum causae nostrae equitate, tum modestia Patris, quae maxima est, cultas atque elaboratas, talem fructum ferre potuisse. Praeses ipse apud quem res agitur, cum subodoraretur Patrem multa sua circunspectione, ac modestia (qualem in hisce rebus in religioso uiro esse oportet), praepediri ne tam solicite rem urgeret, ut ipsa postulabat, dixit se ostendere posse, neque id laboriose, iure diuino, naturali, et humano, tam ciuili, quam canonico, se teneri ad illius tam piae ac justae causae prosecutionem. Auditor quidam cancellariae ajebat se satis mirari non posse ex re tam inimica atque aduersa paci, tantam animorum concordiam cum Societate nostra esse factam. Hic antequam lis haec apud se penderet, alienum habebat a Societatis nostrae rebus animum, tum quia, ut ipse fassus [b] est, rebus nouis nunquam animum adjecit, tum etiam quia cum ijs foedus inierat, qui se nostros hostes declararunt; jam uero satis sibi cordi esse Sotietatis nostrae conuersationem, tum uerbis, tum opere ipso comprobauit. Ex hac parte etiam ansam putamus esse datam his omnibus, qui in causis agendis se immiscent, ut peccata sua nostris patribus confiteantur, alijsque de rebus agant, quae ad mentis salutem spectant; nec opinio nostra nos fefellit, jam enim nonnulli praetores, atque tres cancellariae regiae auditores, sibi in confessarios Patres nostros adjungunt, ad quorum imitationem idem omnino perficiunt tres (quos uocant) relatores, ex quibus tota negotiorum ueritas pendet. Hi normam eam et regulam, ad quam officia sua exercere debent, Patri Gutterrio explicandam obtulere, ut uel sic rectius confiteri peccata possent; quod et factum est, deductis inde quibusdam positionibus, quae plurimum confessario, et ipsis conferre possunt. Plurimi etiam aduocati, causidici, et juris periti, duo insuper a secretis uiri, per confessionem peccata reuelauerunt; istarum confessionum multae generales fuere.

4. Penes nostros est etiam jam cura comitandi, consolationis et adhortationis causa, eos qui in crucem sunt adigendi. Auditor praeterea regiae cancellariae, uir inter alios summae autoritatis, per aliquot dies uale negotijs omnibus dicens, cum Pre.

---

[a] natura atque conditio *ms.* — [b] fasus *A.*

Rectore in uillam nostram septimanticensem se abdidit, ubi confessione generatim facta, ab eodem Patre in ceremoniis instructus est, quibus res diuina peragitur. Nec tantum bonum nòmen opinioque Societatis ad hoc genus hominum extenditur, sed etiam ad alios peruagata est, qui et genere et authoritate plurimum pollent. Habent namque erga nos non parum propensos animos placentinus episcopus [1], et coriensis [2], necnon palentinus [3], osornini comites [4], marchio vianensis [5], comes Montis acuti [6], comes de Miranda [7], admodum illustris domina Maria de Mendoça [8], majores etiam collegae, atque alij scholastici, quorum cum nostris est familiaris consuetudo. Missos facio haereticae prauitatis inquisitores, qui nos paterno amore prosequuntur, nostramque operam non raro poscunt. Elapsis diebus cum hi qui de haeresi [a], uel alia secta erant notati, essent producendi, aduocauerunt ad se nostros Patres, ut illos, qui comburi debebant, recte in fide formarent, et ad eam poenam pro Christo subeundam eorum animos pro uirili inflamarent; ad quam rem nulli fere alij janua patefacta est quam nostris. Omnes sane, quantum assequi possumus, uel in meliorem mentem rediere, uel, qui in fidei sententia jam erant, feruentiori animo illam sunt amplexi, eam uitae rationem execrantes, quam toto pectore fuerant sectati. Non defuit tamen sua satanae praeda, quam rabido ore discerperet. Erat [b] namque inter illos homo sui iniquissimi propositi ita tenax, ut potius daemonem, quam hominem appellares, tenuissimae fortunae, humilis generis, utpote qui sutoriam artem exercebat, et quod magis illius insaniam arguit, uir erat emotae mentis, qui nullae sectae erat addictus, modo judaei [c] faciem prae se ferebat, modo agarenorum uiam seu potius deuios anfractus insequebatur, in uarias denique formas se uertebat, uariosque colores, uelut alter Polypus [*sic*] referebat; consilij, necdum argumenti, non erat locus, ad om-

---

a heressi. *A.* — b *Prius* erant. — c judei *A.*

---

1 Petrus Ponce de León.
2 Didacus Henríquez de Almansa.
3 Christophorus Fernández de Valtodano.
4 Vide p. 58.
5 Petrus Pimentel.
6 Franciscus Hurtado de Mendoza.
7 Petrus de Zúñiga Avellaneda.
8 De hac pia femina Cf. *Stus Franciscus Borgia*, III, 333, annot. 13.

nia ridebat; sed tandem uoracissimus ignis sedavit proterui et contumacis hominis dementiam. De caeterorum uero salute non paruam concepimus spem [1]. Cum semel inquisitores comitissam Osorni alloquerentur, incidissetque de Societate nostra sermo, quam de nobis opinionem haberent, his uerbis ostenderunt dicentes: neminem praestantiorem operam, diligentioremque in sui officii commodum, ut patres nostros collocare [a]. Is uero apud quem fiscus, quo isti haeretici priuantur, reponitur, uir sanae prouatae fidei et grauis qui nostris confitetur, imo et ipsimet inquisitores, Prem. rectorem admonuerunt, ut in suis negotijs nostra cura non deesset, esse namque maxime opus hoc praesertim tempore, ubi sensim fidei hostes irrepunt.

5. Hi omnes, et alij quam plurimi uiri, nostro circuncissionis festo celebrando interfuerunt, cujus solennitas paucis dici non posset, siue ad ornamenta attendas, quibus templum erat instructum, siue religiosos uiros, qui ad prandium inuitati sunt; erant enim omnium religionum principes; siue ad conuiuium ipsum, quod expensis, tum comitissae Osorninae, tum dominae illustris admodum dominae Mariae de Mendoza; in eo tamen semper eo oculos conjecimus ne quid praeter religionis modestiam appareret. Adhibuit in eo festo concionem Pater Gutterrius omnibus modis absolutam, litteris quidem multum claram, sed tamen zelo animarum flagrantem; ejus laudes nunquam non in illorum grauissimorum uirorum ore uersantur. Haec laus suarum concionum communis est, ut quotidie, peracta concione, dicant auditores: nunquam ita ornate concionatus est.

6. Ex his non obscure colligere poterit P. T. quantus sit confessionum concursus, qui sane tantus est, ut omnium ad nos accedentium uotis satisfieri non possit, quod uel maxime uidere esset hoc sancti aduentus tempore; nam sane haebdomada quarta potius sancta uidebatur his, qui confitentium numerum aduertebant; et certe per Patres nostros non stetit, quin peccatorum sarcinis apud nos depositis abirent, summe enim in hanc rem incumbebant, sed tamen fieri non potuit, quin multi alio discederent.

---

[a] collocarent *A*.

---

[1] Apud Sangrador: *Historia de la ciudad de Valladolid,* I, cap. XXV, invenies catalogum eorum, qui mense Octobri 1561 ab inquisitione vallisoletana puniti sunt.

7. Iam ad eos uenio quibus in animi aegritudine et merore positis solent Patres consolationem adhibere. Adsunt nostri majori ex parte, etiam pluries per noctem uocati, his qui extremum uitae diem agunt; ex qua re multum edificationis ad omnes tam populares, quam illustres peruenit, adeo ut quidam monachus ordinis sancti Bernardi nostram operam, cum animum esset exhalaturus, postularet. Praetor quidam, qui aegris oculis nos inspicere solebat, animam jam agens, ascisci fecit Patres nostros, qui tum temporis sibi opem ferrent, effectumque est diuina miseratione, ut qui nobis aduersum habebat animum, ita mutaretur, ut nec temporis momento sine Patrum praesentia esse pateretur; atque ita Pater tres noctes integras cum illo insomnes duxit; confesus est; et ut sacrosanctum eucharistiae sacramentum reciperet, cum intellexit jam sibi afferri, e lecto surgens feruentiori animo in laudes sui creatoris prorumpens, illum sumpsit. Aestuabat sane postea uehementi desiderio, ut ipse sepe dicebat, uocibus in coelum sublatis, per medios uicos atque plateas ueniam ab his petere, quibus uel minimam injuriam irrogarat. Tandem inter haec atque id generis [*sic*] uerba e uiuis excessit; in cujus funeribus Pater Rector concionem habuit. Sepe contingit ut Patres hoc munere fungentes, homines oppressos ac pene euectos [a] fame reperiant, quibus sane datur opera, ut ditiores suppetias ferant. Quod si res moram non patitur, ex tenuitate nostra illis succurrimus. Quae fama, ut primum ad alios euolauerit, non satis nostrorum pietatem admirantur.

8. Incendium quoddam in hoc uallisoletano [b] oppido ita excitatum est, ut supra 600 domos intra duorum dierum spatium combureret, ubi non parua nostrorum diligentia profuit in transferendis hinc inde rebus familiaribus, utensilibus, mercimonijs [c], et alijs domorum suppellectilibus; quod munus non omnibus committebatur; erat enim tanta perturbatio, ut euidens esset ad infinita furta aditus [d] patefactus, atque adeo non parum se fecisse putabant, quando aliquem ex nostris et aliorum religiosorum fratribus nanciscebantur, quibus charas res fidere possent [e]. Suscepere nostri prouintiam sedandi uoracissimam flamam ex una parte, quae jam magnificentioribus aedificiis minabatur, atque, Christo propitio, uoti compotes euaserunt. Multum in hac re insudarunt Patres, adeo ut propter diuturnum constantemque

---

a *Sic A et B, pro* enectos. — b ualisoletano *A*. — c mercemonijs *A*. — d additus *A*. — e possunt *A*.

laborem alij inde fatigatissimi, alij laessi recederent [1]. Inter alias clades quas uir quidam accepit, ea maxima fuit, quod uxor cum nonnullis filijs illic fuerit combusta; quod tantum argumentum moeroris fuit, ut uita destitui uideretur; sed tamen diuina ope fretus [a] Pater Rector ab ea animi aegritudine ita illum uindicauit, ut diceret nullibi mentem suam ita quietam esse, ut cum in hac domo nostra se esse persentiebat. Alius etiam propter grauem rerum suarum iacturam [b] ita spem abjecit, ut mortem sibi conciscere [c] uellet, fecissetque si commoda ad id illi patefacta esset uia. Cum primum tamen ad Patris Rectoris aures id peruenit, absque cunctatione ad illum profectus est, placuitque diuinae misericordiae, ut illum a desperatione in spem erigeret, reuocaretque. Subsequuta statim fuit generalis confessio, sed tamen cum adhuc illius animum tentatio illa pulsaret, monitu Patris Rectoris, cui ille ad nutum parebat, statim illam reuelabat, ad collegiumque nostrum, uelut ad asyllum, etiam relicto prandio, sibi [d] ea concuti accidisset [e] confugiebat; sicque huic morbo non aegre [f] medicamenta sunt adhibita.

9. Xenodochia solito inuisuntur more, quod in magnam consolationem aegrotantium cedit. Cum nonnullae personae insignes et piae didicissent Patrem doctorem Petrum Sanctium in xenodochium quoddam singulis festis proficisci, ut doctrinam christianam enodaret, sterneretque lectos, etc., nonnullas pecunias coegerunt, ut pauperum miseria, quae illic erat non parua, leuaretur.

10. Munus illud nostrum docendi doctrinam christianam per calles et compita in dies magis est acceptum, non solum apud plebejos, sed etiam apud primates uiros. Ex opinione etiam, quam de Societate [g] habent, nascitur ut si quae lites et jurgia fuerint suborta, statim, nostrorum Patrum auctoritate interposita, componantur, ut nunc primum factum est inter uxorem et uirum qui ita dissidebant, ut per octo annorum spatium intra idem tectum degere non potuissent. Conuicerat etiam alius uxorem de adulterio, ac proinde in sua manu situm erat illam publice occidere; sed tamen cum Pater quidam de re illa cum

---

[a] fraetus *A.* — [b] jactuarum *A.* — [c] concisci *B.* — [d] *Sic ms. Sensus videtur postulare* ubi. — [e] accidisse *A.* — [f] egre *A.* — [g] Sotietate *A.*

---

[1] De hoc incendio agit Sangrador, l. c. p. 394 sqq.

uiro ageret, confessione praemissa, ueniam uxori impetrauit, ea tamen lege, ut institutum monialium capesseret, cui illa libenter paruit, dum uidit se mortem cum uita commutare.

11. Pater quidam ex nostris diuino, ut puto, consilio, quemadmodum rei probauit euentus, in oppidulum quoddam huic adjacens ad diuinum uerbum [a] disseminandum [b] profectus est, ubi concione peracta, admonitus est quemdam hominem in extremis agentem in eam insaniam [c] esse redactum, ut ad confitendum minime nec praecibus nec minis adduci posset. Pater uero, diuina ope implorata, ut ad illum accessit [d], lenioribus uerbis se insinuabat, ut ab eo proposito illum euocaret; sed ubi leo ille rabidus in praedam ungues impressit, parum humana ualet industria; pertinax erat adhuc animus, nec abduci ab ea sententia poterat; uicit tandem diuina uirtus quae nouum in persuadendo spiritum, ac uim Patri ipsi communem fecit. Confessus [e] est lachrimis copiosissime fusis, manus ad sidera tollens, in planctum et diuinas laudes soluebatur; dicebat confidenti animo nouam sibi subortam esse spem salutis aeternae. [*Preces postulat et valedicit.*]

Valis oleti postridie nonas januar. anni 1562.
Ex commissione P. Rectoris.
R.ae P.is T. minimus in Chro. filius.

† ORIUE [1].

Inscriptio. † Ihs. Pro Neapoli.

Alia manu. 1562 Valladolid delli 4 [*sic*] di Gennaio. *Et in alio angulo.* Q. Vaglid. 62. 4 Janu.

---

a *Sequitur verb. omnino oblit.* — b desiminandum *A.* — c insaniam *supra vers., deleto* sententiam. — d accesit *A.* — e confesus *A.*

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.* V, 887.

614

BLASIUS GOMEZ

EBORA 8 IANUARII 1562 [1].

1. *P. Nadal Eboram redit. Tirones ab aliis seiungit. Horum institutio. Reliqua a P. Nadal acta.* — **2.** *Sociorum numerus. Nuper admissi. Candidati.* **3.** *Labores sociorum in animorum salutem. Mulctatis ab Inquisitione pia solacia et curae extremae impenduntur.* — **4.** *Scholarum florens status.* — **5.** *Nundinae liberae universitati a rege Sebastiano conceduntur, et ab Henrico cardinali stabiles reditus. Sociorum valetudo satis bona.*

1. ✝ Jesús. Mui R.do en Christo P.e Pax Christi. Lo primero que se ofrece para screuir a vuestra Paternidad estos quatro meses passados, según la orden del tiempo, es la buelta del P.e Nadal acá, porque, como screuí en la passada, vino de Coímbra a este collegio, i por le uenir vnas fiebres, se fué a Lisbona, dexando la uisitación començada, para la acabar a la buelta [2], y assí boluiendo lleuó las pláticas adelante con mucha consolación y fructo de los hermanos; y no solamente los consoló y animó con comunes exortaciones, mas tanbién con pláticas particulares. Con su sólita benignidad por fin de todo hizo que todos se confessacen generalmente y renouasen los uotos, precediendo tres días letanía con dissiplina. Aunque los aposentos que tenemos son pequeños para la gente [que] [a] ay, todauía dió mui buena orden, cómo los nouicios con su maestro habitasen apartados de los otros, y en mui buena parte. Los exercicios de virtud comunes a todos, son a la mañana cerca de vna hora de oración y su missa, que tanbién oyen apartada de los otros, y a la tarde media hora de oración, y la otra media tienen plática todos los días y conferentias: y en las quietes hablan de cosas que les ayudan para se aprouechar, acostumbrando muchas ue-

a que *deest in ms.*

[1] Ex origin. in cod. *Lus. 61* ff. 68, 69; prius 512, 513. Exstat exemplum latinum in ff. 230, 231.

[2] Vide pp. 402-403.

zes de pedir que en el mismo tiempo les digan sus faltas, para que cognosciéndolas, se emienden; y esto se haze con el deuido amor y charidad. Los demás hermanos guardan en la oración y en las demás cosas la buena y suaue orden que dió el P.e Nadal. Todos los viernes ay pláticas y conferencias alternate, en que se hallan todos los hermanos, y ansí destas conferencias comunes, como de las particulares, que tienen los hermanos en sus quietes, o otras buenas pláticas se saca con la gracia diuina mucho fructo, ayudando a todo la mucha vigilancia que se tiene en la guarda de las reglas. El P.e Nadal se detuuo aquí todo el mes de Setiembre, de manera que estuuo prezente al principio que se dió a los studios el primero día de Otubre, y parescióle bien, como las demás cosas le auían parescido. Es mucho el fructo que nuestro Señor por el P.e hizo en este colegio: siéntese nueuo calor en la charidad, nueuo amor de la obediencia y las demás virtudes, y desceo de ayudar al próximo, y tanbién nueuos desceos de la mortificación, y se ponen por obra, quando el studio da lugar y alcançan licencia.

2. En este collegio ay al presente setenta y seis personas, y es esta poca gente para la que es menester; y con ésta ua el catálogo de todos con sus occupaciones, ministerios. En estos meses se recibieron siete: dos dellos para coadjutores temporales, otro sacerdote y buen confessor, otro noble de edad de 18 años, poco más o menos, y los demás studiantes de classes altas; todos de mui buenas partes para la Compañía [1]. Otros ay que piden ser recebidos, y se recibirán, si nuestro Señor fuere seruido.

3. Quanto a la ayuda del próximo, se haze lo que muchas vezes tengo scripto. Todos los domingos y algunos días santos ay sermones en casa: las confeciones son muchas, assí de studiantes, como de otras personas; van muchas uezes los Padres a confessar enfermos, y ayudar a bien morir; házense tanbién algunas uezes amistades de mucho seruicio de Dios. De fuera de la ciudad uienen muchas uezes a pedir predicadores, y lo mismo hazen de algunas iglesias y monesterios de la ciudad, y

---

[1] In catalogo eorum qui ingressi sunt Societatem Eborae ab anno 1553 ad 1568 (cod. *Lus. 43*, fol. 332 sqq.) sub nn. 48-55 recensentur admissi his quatuor mensibus P. Gaspar Roiz, Ioannes de la Costa olim Ioannes de Baessa, Sebastianus Auẽs [Áluares?] minor, Petrus Hernández, Franciscus Áluares maior, G.o Barrera, Alonsus Hernández, Dominus Franciscus Anriques. De Alonso Hernández dicitur exiisse e Soc. post paucos dies.

a todos se satishaze quanto se puede; porque ellos lo piden con mucha instancia, y se aprouechan, y nuestro Señor nos ayuda, que aunque ay poca gente, se acude a muchas cosas. Estos días a ido vn P.e, a petición del cardenal, a acabar de reformar vn monesterio de religiosas que tenía començado, lexos de aquí, por uer su Alteza el notable fructo que Dios nuestro Señor por los de la Compañía a hecho en los monesterios desta ciudad; a los quales particularmente ayudan los nuestros, como por otras se tiene scripto, con prédicas y pláticas spirituales. Vn domingo de adviento se tuuo aquí el auto de la inquisisión, en el qual salieron muchas personas, mas ninguna, loado sea el Señor, notada de luteranismo, lo que pienso consoló mucho a todos los que descean la honrra de Dios. Con los que murieron, que fueron tres, afuera dos que alcançaron misericordia, fueron nuestros Padres para los ayudar a bien morir; y los días de antes los visitauan, confessándolos y preparándolos para la muerte. En el auto predicó vn P.e nuestro con mui grande satisfación de todo el auditorio, y con mucho fructo de los penitentes, porque después de mostrada la uerdad de nuestra sancta fee, y la falsedad y seguedad de las otras sectas, convirtió el sermón a los penitentes, de lo qual ellos mouidos aleuantaron grande planto, que fué nescessario hazerlos callar para ser el P.e entendido; en fin, que lo ayudó nuestro Señor, según pedía el lugar y tiempo.

4. Porque muchas vezes se tiene scripto a vuestra Paternidad quán bien van aquí las cosas de los studios, y quánto fructo se haze en letras y virtudes, por la mucha cuenta que con los studiantes se tiene; solamente diré agora que este año començó otro curso con quarenta y tres discípulos, de los quales solamente son religiosos tres hermanos nuestros. Ay en él mui buenas abilidades, a las quales no faltará el maestro que es vn hermano docto y de otras buenas partes para el tal officio [3]; de manera que tenemos tres cursos; y los del tercero, al principio de Hebrero se començarán a ezaminar para bachilleres. El número de los studiantes es 750, poco más o menos, afuera muchos niños de leer y screuir. Éstos quando se uan para sus casas, van por las calles cantando la doctrina christiana, que es cosa para alabar a nuestro Señor y de mucha edificatión; y no solamente se

---

[3] In cod. *Lus. 43*, f. 168 est catalogus magistrorum («Lentes da vniuersidade d'Euora ao 13 de Mayo de 1562») in quo dicitur: M. P.o Mĩz [Martines] le o 1.º curso. Não tem inclinação a ler».

les enseña a estos en nuestro colegio a leer y screuir y la doctrina christiana, mas tanbién la uan los nuestros a enseñar a ellos y a otros cada domingo y día sancto en dos yglesias desta ciudad, con lo que se haze grande fructo por la gracia diuina.

5. El cardenal alcançó del Rei para esta vniuersidad mercado franco, el qual ya está publicado, y se haze cada martes; es cosa que la ciudad rescibió con grande alegría, dando por ello muchas gracias a la Compañía, por les ser medio, como dizen, aun destos bienes; y los studiantes hizieron sus fiestas moderadas, porque desceauan y pedían ésto mucho. Tanbién tiene ya el cardenal las bulas de la renta que da a este colegio, que es por agora quatro mil cruzados; mas spérase que dará más; y no falta más sino tomar la posesión; lo que se hará luego, porque el mismo cardenal assí lo quiere, y descea mucho de ver ya esto assentado. Aunque estos meses tuuimos algunos enfermos, ya están sanos; solamente vn Padre queda agora con vnas tercianas simples, de que, plaziendo al Señor, conualescerá presto, porque se halla de cada uez mejor. Otras más indispusisiones ay, mas no que impidan las occupaciones ordinarias. No ay más para screuir, sino dessearemos todos de ser mucho encomendados en los sanctos sacriffícios y orationes de V. P. pidiéndole humildemente su sancta bendición. De Éuora, oy a ocho de Henero de 1562. Por comissión del P. don León [1].

D. V. P. mínimo hijo en Xpo.

BLAS GOMEZ [2].

615

P. IOANNES DE VALDERRABANO

MONTEREGIO 11 IANUARII 1562 [3].

1. *Socii. Contiones per octavam immaculatae B. M. Virginis conceptionis habitae.* — **2.** *Discipulorum in litteris et bonis moribus progressus. Quorum aliqui religiosam vitam inire*

---

[1] P. Leo Henriques, rector.

[2] Vide p. 238.

[3] Ex origin. in cod. *Hisp. 99*, ff. 44, 45, prius 372, 373. Exstant ibidem (ff. 40, 41) duo exempla latina, quae cum hispano cohaerent; alterum subscriptum a Lara vndecimo idus Ianuarii; alterum ab eodem Ioanne de Valderrábano 10 idus ianuarias.

cupiunt. — **3-4.** *Fructus ex poenitentiae sacramento, et ex contionibus perceptus. Acta a quodam socio sacerdote in itinere compostellano. Sociorum existimatio.*

1. IHS. Muy R.do en Xpo. P.e nro. Pax Xi. [*Socii, 11 numero, egregie, uno excepto, valentes, vota magno cum animi fervore renovarunt.*] Por ser cosa nueba en este collegio, contaré a V. P. los sermones que por toda la octaua de la Concepción tubieron los P.es y hermanos deste collegio. Porque se hordenó que cada uno dixese un sermón probando nuestra Señora ser concebida sin mácula original. Cada uno trabajaua sacar noua et uetera [1]. Dixéronse cosas delicadas, y rrazones cierto conuenientíssimas, y vno no dezía lo que el otro. Mouían tanto, que es uerdad que algunos les pesaba porque se acabaua la optaua [*sic*], y deseaban que llegase el tiempo del sermón, porque hallaban consolación spiritual oyéndole.

2. Hazen los maestros gran prouecho en la classe, ansí en el aprouechamiento de las letras, como de las uirtudes; tanto que en los obispados deste rreyno se tiene por legítima conseqüencia: es de Monterrey, luego bien le podemos dar hórdenes; y con rrazón, porque la principal rreformación deste rreyno pendía de los clérigos, y ven claramente el fructo que hazen los studiantes deste collegio después de hordenados, ansí con vida y exemplo, como con doctrina, que piensan que lo mesmo ha de ser en los demás que de nueuo se hordenan; y es verdad que van algunos del pueblo a oýr missa muchas vezes, como ellos dizen, solo por uerlos estar en missa tan sosegados, hincados de rrodillas, los rosarios en las manos, que mueuen a deuoçión; y más mueue a los que conocen [a] los padres, viendo los hijos tan otros, con sus rrosarios en las cintas, tan modestos. Suelen los que vienen de fuera, como curas o otras personas principales, ponerse a la puerta de la yglesia a contarlos, y hallando tan gran número, dan gracias ynnumerables al que los juntó. Tiénese especial qüenta con ellos en las confessiones, confessándose cada mes; y los prouetos comulgan algunas fiestas principales, y hazen otros exercicios de virtud, como es dezir la doctrina, y ympedir juramentos, diziendo que no juren;

---

[a] *Del.* a.

---

[1] Cf. MATTH., XIII, 52.

y jurando, ruéganles que digan un Pater noster; y si no, que ellos lo rrezarán por ellos. De donde es tan grande la virtud, que ya, gloria al S.or, se oyen muy pocos juramentos en Galicia, donde no se tenía por hombre el que no blasphemaba. Andan muchos mouidos a rreligión; tres principalmente; el [uno] [a] ha ya hecho los exercicios, y pide con ynstançia la Comp.a; de otros dos esperamos respuesta del P.e comissario general [1].

